PHILOSO

TOM III

BIBL.
DE
L'UNIVERSITÉ
MS.
1085

BIBL.
DE
L'UNIVERSITÉ
MS.
1085





Paris chez Hecquet place Cambray a l'image S.Maur

M. S. s. III, 56.

Tertia Para Philosophiæ.

Moralis Seu Ethica.

BIBLIOTHÈQUE DE L'UNIVERSITÉ DE FRANCE.

Data in Mazarinæo a D. D. Roussel anno 1761

DONS
N° 22009

Pars Tertia Philosophiæ
Seu
Moralis

Moralis definitur disciplina, quæ actus humanos ad honestatem format. actus humani dicuntur illi qui fiunt cum advertentiâ rationis et cum intentione alicujus finis: unde differunt ab actibus qui dicuntur actus hominis, quià isti fiunt sine advertentiâ rationis et sine intentione finis. moralis dicitur a moribus quos dirigit. mores sunt propensiones nobis cum natæ, vel quæ usu et repetitis formantur actibus. si rectæ rationi sint conformes, boni dicuntur mores; si sint difformes, pravi.

Moralis duplex distinguitur, una naturalis, altera acquisita. moralis seu Ethica naturalis ē mens ipsa quatenus a natura vim habet judicandi de illis quæ fieri debent vel omitti. ethica acquisita de quâ hic agitur, ē habitus dirigens actus humanos ad honestatem moralem.

Ethicam Dividemus in duas partes, in generalem scilicet et specialem. generalis aget de principiis actuum humanorum eorum que regulis in universum consideratis. specialis aget de peculiaribus hominum officiis erga Deum, gerga se ipsos, et homines.



Prima Pars
Seu Moralis
Seu Ethica Generalis

Duplex erit Ethica generalis Sectio Prima erit de principiis Secunda de regulis actuum humanorum

Sectio Prima
De Principiis actuum humanorum

Principium actus humani dicitur quid quid confert ad ejus productionem
Duplicis generis distinguuntur actuum hominum principia, nempe interna et externa

Quæstio Prima
De Principiis internis actuum humanorum

Duo sunt principia interna actuum humanorum nempe intellectus et voluntas
intellectus quatenus percipit et ostendit quid sit agendum et voluntas qua actus humanos physice producit. Diximus in metaphysica de intellectu Superest ut dicamus de voluntate de qua quæritur utrum activa sit et libera.

Libertas juxta vim nominis idem sonat ac immunitas et independentia hinc multiplex distinguitur, sed praecipue libertas a coactione et a necessitate

libertas a coactione ē immunitas ab omni violentia unde voluntas ē libera a coactione in iis actibus quos producit sponte et juxta suam inclinationem libertas a necessitate ē immunitas ō tantum ab omni violentia sed etiam ab omni necessitate ineluctabili seu ē facultas indifferens ad agendum vel ō agendum hinc sancti ō sunt liberi a necessitate in amando Deo quia in illius amorem necessario rapiuntur. pariter ō sumus liberi a necessitate in amore boni in genere quamvis enim illud sponte amemus necessitate tamen antecedente et ineluctabili in illius amorem rapimur.

libertas a necessitate vocatur liberum arbitrium ea que intelligitur semper quotiesnomen libertatis ve liberii arbitrii simpliciter usurpatur.

Coactio stricte sumpta definiri pt determinatio ad unum contra inclinationem voluntatis indifferentia opponitur necessitati et duplex distinguitur nempe activa et passiva.

indifferentia activa ē facultas se ipsum determinandi

indifferentia passiva ē capacitas ab extrinseco principio determinationis recipiendae, talis ē materiae capacitas ad recipiendas varias figuras

indifferentia activa duplex ē contradictionis nempe et contrarietatis.

indifferentia contradictionis ē potentia agendi vel ō agendi simpliciter, agere enim et ō agere opponuntur contradictorie.

indifferentia contrarietatis ē potentia agendi unum vel contrarium. talis ē potentia agendi bonum vel malum quia bonum et malum opponuntur contrarie

Necessitas a Nevatoribus duplex distinguitur. alia absoluta totalis et permanens. alia partialis relativa et transiens. necessitas totalis absoluta et permanens ea ē qua ens toto naturæ impetu fertur constanter in objectum, talis ē necessitas qua Beati in coelis feruntur in Deum. necessitas partialis, relativa, et transiens foret ea qua quis modo versus unum objectum modo versus alterum necessario ferretur.

his præmissis dicendum ē 1º. de eNatura seu essentia libertatis, 2º. De ejus existentia 3º. De objecto seu materia humanæ libertatis subjecta

Paragraphus Prima
De eNatura seu essentia Libertatis

in assignanda natura seu essentia libertatis tres sunt sententiæ Prima ē eorum qui volunt libertatem consistere in voluntario seu in spontaneitate et actum ēe liberum quando fit sponte et sine repugnantia. unde putant libertatem ~~a necessitate~~ qualis existit ō distingui a libertate a coactione, et voluntatem ēe necessario liberam et electivam suorum actuum cum sponte agit et juxta suam inclinationem

Secunda eorum
~~Tertia~~ est qui existimant essentiam Libertatis consistere in quodam æquilibrio et mentem humanam tunc tantum ēe liberam cum viribus æqualibus ad agendum bene vel male impellitur.

Tertia ē omnium communis Philosophorum qui libertatis essentiam reponunt in indifferentia contradictionis activa.

Propositio Prima

Libertas ō consistit in solo voluntario seu in sola spontaneitate

Prob. Si libertas consisteret in Solo voluntario seu in Sola Spontaneitate quod ē voluntarium ēēt liberum, atq. hoc ē falsum amor enim quo prosequimur nostram felicitatem et bonum in genere ē voluntarius. atq. ō ē liber pariter amor quo Beati in coelis feruntur in Deum ē voluntarius. atq. tamen ō ē liber.

Et certe Per libertatem Sumus capaces meriti aut demeriti, atq. per voluntarium simpliciter ō meremur aut demeremur. ā angeli in coelis Deum diligunt. atq. ō merentur, ō enim habent potestatem ad oppositum, tanto que impetu in Deum feruntur ~~totaque~~ ut ō possent ab amando Deo abstinere, tota que eorum capacitas amore Dei repletur. atq. Nemo meretur in eo quod facit necessario

Et vero ille Solus ē liber qui ē suorum actuum dominus sed qui agit voluntarie ō ē suorum actuum dominus ā ille ō ē dominus suorum actuum qui ab iis abstinere ō pt pro arbitrio Sic V. G. ō possumus abstinere ab amore boni in genere, licet illud voluntarie diligamus.

Obj. 1º. illud ē liberum quod ē in nostra potestate. atq. quod ē voluntarium ē in nostra potestate. ā quod ē in nostra voluntate ē in nostra potestate.

N. Mi. ad probationem Dis. quod ē in mente ~~indifferenter~~ agente ē in nostra potestate C quod ē in nostra voluntate necessario agente ē in nostra potestate N. ā amor boni in genere ē in nostra voluntate atq. ō ideo ē in nostra potestate quia ab illo amore abstinere ō possumus

Ins. illud ē in nostra potestate quod fit a nobis quoties et quomodo volumus atq. quod ē in voluntate sic se habet.

Dis. Maj si possumus velle oppositum saepius N.

6.
Obj. 2°. Scti patres confundunt liberum arbitrium cum voluntario dicunt aliquas actiones ēē vituperandas quia sunt voluntariæ.
Dis. Ante. confundunt liberum arbitrium cum voluntario stricte sumpto C. ante late sumpto N. ante. voluntarium stricte sumptum ē illud quod excludit necessitatem voluntarium late sumptum ē illud quod excludit omnem coactionem

Propositio 2a

Ad libertatem ō requiritur Equilibrium seu ut mens in utramque partem æqualibus moveatur viribus.
Prob. Si ad libertatem requireretur ut voluntas æqualibus viribus in utramque partem moveretur illæ actiones ō ēent liberæ nec proinde mercede aut supplicio dignæ, quæ fierent ab homine cujus voluntas æqualibus viribus in partes oppositas ō traheretur. atq. hoc ē falsum et ō minus rationi quam fidei contrarium. ā inde sequeretur ō solum barbaros, infideles Ethnicos, et facinorosos homines licet nomine christianos in quibus vitia rationis usum ita pervertunt at nunquam iis contingat nec actum amoris Dei eliceres nec peccata detestari sequeretur, inquam eos homines aut ō peccare, aut eorum voluntates viribus æqualibus in bonum et in malum propelli atq. illæ consecutiones horrendæ sunt rationi ō minus quam fidei adversæ.

Et vero si libertas consisteret in æquilibrio virium oppositarum ad servandam libertatem augenda ēet gratia qua proportione cresceret propensio in malum et imminuenda qua proportione decresceret propensio in malum atq. hoc falsum ē. si augenda aut imminuenda foret gratia qua proportione cresceret aut decresceret propensio in malum ad servandam libertatem ubi major ēet in malum propensio ibi major ēet gratia supposita libertate atq. hoc absurdum ē major ē propensio in malum in peccatoribus obduratis quam

in justis et utrique sunt liberi atq; major gratia ō conceditur peccatoribus obduratis quam justis gō libertas ō consistit in equilibrio

Propositio Tertia

Essentia libertatis consistit in indifferentia contradictionis activa.

Prob. in eo consistit essentia libertatis quo posito homo habet jus electionis in suos actus atq. posita indifferentia contradictionis activa homo habet jus electionis in suos actus. ā indifferentia contradictionis activa ē potestas se determinandi ad agendum vel ō agendum, atq. posita ejusmodi potestate homo jus electionis habet et dominium in suos actus

Et vero in eo consistit essentia libertatis pr quod homo constituitur capax meriti aut demeriti. atq. pr solam vim contradictionis activam homo constituitur capax meriti aut demeriti gō essentia libertatis consistit in indifferentia contradictionis activa.

Obj. 1º libertas ē immunitas a coactione, gō ō consistit in indifferentia contradictionis activa.

Neg. ante. ā libertas ō ē immunitas a re impossibili. atq. immunitas a coactione plane chimerica et impossibilis ē ita enim ē si impossibile sit ut voluntas cogatur in actibus interius atq. hoc ē impossibile ā cogit in actibus interius foret aliquid interius velle et agere contra voluntatis progressionem. atq. impossibile ē ut anima velit aliquid interius contra voluntatis progressionem. objecta volitio nihil aliud ē objectum volitio nihil aliud ē quam voluntas in illud objectum progressio.

Inst. ad libertatem ō requiritur immunitas a necessitate saltem relativa, gō libertas ē immunitas a coactione

Neg. ante. ā ad libertatem requiritur immunitas ab ea necessitate quae ō ē essentiae libertatis qua necessitas absoluta. atq. necessitas relativa ō minus ē essentiae libertatis quam necessitas absoluta. ā si necessitas relativa ō sit minor quam necessitas absoluta tamen ē essentiae libertatis quam necessitas absoluta atq necessitas relativa ō ē minor

quam necessitas absoluta, ad hoc satis ēnt necessitas absoluta possit resolvi in tot necessitates relativas et transeuntes quot sunt instantia per que durat necessitas absoluta. atq. necessitas absoluta pt resolvi in tot necessitates relativas quot sunt instantia per que durat. Si V. G. necessitas absoluta durat per instantia A b C D. pt resolvi in necessitates relativas A b. C. D. &c. uno verbo necessitas absoluta, ō differt a relativa nisi quia magis durat. atq. necessitas quia magis durat ō maior nec minor ē necessitas enim quae duraret per unicum instans ō fieret major si in aeternum duraret

Et vero Libertas ē necessaria ad merendum aut demerendum atq. facultas ad merendum aut demerendum necessaria ē immunis al omni necessitate. nemo enim praemio aut suplicio dignus ē propter id ad quod necessitatur.

Et certe quaelibet necessitas simplex opponitur libertati, atq. necessitas relativa ē necessitas simplex. ~~illud enim~~ illa ē necessitas simplex quae oritur a causa invincibiliter necessitante, atq. talis ē necessitas relativa. ā in sistemate necessitatis objecta agerent per gradus in mentem et voluntas necessario tenderet ~~in~~ objectum quod plures in ipsa ~~relatione~~ delectationis gradus excitaret. ~~simulac~~ unum objectum V. G. pareret in anima duos delectationis gradus et alterum quatuor, voluntas necessario tenderet in objectum quod in ipsa quatuor delectationis gradus excitaret. Ms. necessitas conditionata ō ~~educet~~ libertati nocet, atq. talis ē necessitas relativa.

Dist. Mi. ē conditionata, id ē pendet a conditione quae ponitur independenter a voluntate C. Mi. pendet a conditione quae ponitur dependenter a voluntate N. Mi. omnis enim conditio antecedens voluntatis determinationem ē ab ea independens. atq. talis ē conditio praedicta

Ins. Necessitas relativa ē tantum partialis ō autem totalis
gō ō ē vera necessitas.
Dis. ante ē partialis eo sensu quod relinquat potestatem aliquam
sed ō sufficientem ad resistendum C. ante. Secus N.
Ins. necessitas relativa ō ē fixa et invariabilis gō ō ē inimica
libertatis
Res. 1º. N. ante. ō ē fixa et invariabilis ratione causae et objecti C. Ante.
Raone sui. N. si quidem voluntas modo ad bonum illecebris gratiae
modo ad malum illecebris concupiscentiae allicitur
Res. 2º. Dis Ante Necessitas relativa ō ē absolute inimica libertatis
possibilis C. Consequentiam - ō ē hipotetice inimica libertatis actualis
N. quandiu existit necessitas relativa tam impossibile ē ei resistere
quam si foret necessitas constans. cessant equidem ut cessare pt juxta
adversarios necessitate relativa pt existere libertas. sed libertas ō pt
existere nisi prius evanescat illa necessitas relativa.
Obj. 2º. in eo ō consistit libertas sine quo aliquis pt ēe liber. atq. sine
indifferentia contradictionis activa aliquis pt ēe liber. Christus enim
ē liber ad moriendum vel ō moriendum. atq. ō fuit indifferens
indifferentia contradictionis activae. Christus enim ō potuit peccare.
atq. peccare potuisset, si fuisset indifferens indifferentia contradictionis
activa tunc Christus peccasset cum obsecutus ō fuisset patris mandato.
atq. si Christus fuisset indifferens ad moriendum vel ō moriendum
potuisset ō obsequi dei mandato. mandatum accepit moriendi pro
peccatis hominum.
Dis. ultimam majorem tunc christus peccasset cum ō fuisset obsecutus
mandato dei C. Maj. mandato conditionato N. Maj. praeceptum absolutum
ē illud quod alicui imponitur ō postulato ejus consensu, vel hujus dispensatio
ab eo ō pendet praeceptum conditionatum ē illud quod aliquid volenti
imponitur qui posset ab eo dispensationem postulare. porro Christus

acceperat a parente moriendi praeceptum conditionatum aliis modis infinitis homines redimere potuisset si voluisset. sed ō accepit praeceptum absolutum ~~cum~~ hoc praeceptum accepit a patre quia voluit et aliunde potuit dispensationem obtinere ab executione hujus praecepti

Ins. praeceptum conditionatum ō differt a concilio. atq. christus ō accepit a patre morum concilium moriendi.

N. Maj. concilium enim ō obligat, praeceptum vero conditionatum obligat, donec dispensatio petita et obtenta fuerit. Christus impeccabilis ō poterat violare praeceptum sed poterat dispensationem petere si voluisset.

Obj. 3°. Si libertas consisteret in indifferentia contradictionis activa eo major eēt libertas quo major eēt indifferentia et libertas eēt eo minor quo minor eēt indifferentia atq. hoc falsum ē

N. Mi. ā quo major ē indifferrentia electionis eo facilior ē electio et quo minor ē illa indifferrentia eo minus libera ē electio

Paragraphus 2us
De Existentia libertatis Humanae

Stoici credebant mentem humanam fato quodam ineluctabili causarum externarum V. G. Syderum inflexu regi ac determinari nullam proinde nomine libertatem agnoscebant. hanc sententiam renovarunt Spinosa et Lobesius. plurimi quoque heretici variis temporibus libertatem humanam e medio sustulerunt. quidam ō modo libertatem sed activitatem animae negarunt. contra quos sic

Propositio Prima

Voluntas ē facultas activa

Prob. illa facultas ē activa quae suas volitiones amores odia reipsa producit. atq. voluntas suas volitiones, et caetera, voluntas suas volitiones

reipsa producit vel eas tantum praecipit ac sentit atq. hoc ē falsum; sensu enim intimo experitur se velle et amare pro suo nutu atq. ō posset velle et amare pro suo nutu nisi voluntas esset activa

Et vero voluntas pt mereri ac demereri. atq. ō posset mereri ac demereri si eēt mere passiva, gō voluntas ō ē mere passiva, proinde que activa ē.

Obj. 1.º illa facultas ō ē activa quae ō pt se ipsam modificare atq. mens humana ō pt seipsam modificare.

N. Mi. ā se ipsum determinare ē seipsum modificare, atq. mens humana pt seipsam determinare, ea enim facultas pt se ipsam determinare quae hic et nunc indeterminata ad amandum aliquod objectum sibi conscia ē se posse instanti sequenti idem objectum amare atq. De hoc sibi conscia ē mens humana.

Ins. mens humana ō pt augere suum ēe atq. augeret suum ēe, si posset se ipsam modificare.

N. Mi. si modificationes animae ō sunt totidem realitates ipsi superadditae ex eo quod anima ō possit se ipsam modificare ō sequitur eam posse augere suum ēe atq. modificationes animae ō sunt totidem realitates ipsi superadditae.

Ins. illa facultas augeret suum ēe quae haberet instanti A pauciores entis gradus quam instanti B. atq. si anima posset se ipsam modificare plures haberet entis gradus instanti C. quam instanti A.

N. Mi. ā actus producti in anima nostra valde improprie vocantur gradus entis deinde cum anima nostra aliquem actum producit et sese postea ad aliud objectum convertit. ō remanet prior actus gō ex eo quod mens nostra haberet quatuor gradus entis in instanti A ō sequeretur quod haberet quinque in instanti B.

Obj. 2°. ea facultas ō ē activa quæ ō pt velle suam ipsam actionem. atq. mens humana ō pt velle suam ipsam actionem.

N. Mi. mens humana pt velle, et volitionem producere atq. volitio ē actio. gō anima suam ipsam actionem pt producere.

Ins. illud velle ō pt mens humana cujus naturam et producendi modum ō cognoscit si quidem ferri ō pt in objectum incognitum atq. mens humana ō cognoscit naturam suæ actionis neque modum producendæ suæ actionis si quidem ō cognoscit naturam suarum modificationum neque modum quo produci possunt.

Res. 1° N. Mi. Mens humana cognoscit per sensum intimum 1° actionem ēē internam animæ affectionem. 2° se producere actionem præcise volendo ipsius existentiam et productionem gō cognoscit et naturam actionis saltem quoad secundariam proprietatem et modum producendi.

Resp. 2°. Dis. Mi. mens humana ō pt veleam producere instar facultatis acquisitæ illud cujus producendi modum et naturam ō cognoscit, si quidem facultas acquisita indiget cognitione prævia regularum et principiorum quibus omnis operatio tuto produci et dirigi debet C. Mi. instar facultatis naturalis N. Mi. hæc enim habet vim seipsam diversi modo modificandi variusque producendi actiones quocumque tandem modo illæ producantur.

Res. 3°. Dis. Maj. mens humana ō pt velle quoad modum exercendi illud cujus producendi modum ō cognoscit. C. Maj. ō pt velle quoad rem et existentiam N. Maj. quamvis ignoret modum quo perficitur modus variorum corporis membrorum quamvis ignoret V. G. quavia quibus nervorum adminiculis quo spirituum animalium fluxu quali musculorum actione perfici debeat motus brachii velle tamen pt et quidem libere brachii motum quoad rem spectatum

Obj. 3º Si mens humana posset suas modificationes producere vel eas mediate vel immediate vel ē sine ~~ullo~~ actu inter medio et sine ulla preparatione produceret. atq. neutrum dici pt ō primum quippe si actiones suas ō produceret, nisi mediate ad producendum actum A deberet actum b. inter medium producere. atq. hoc falsum ē si enim ō posset producere actum A nisi mediante actu B, ~~eundem~~ eadem ratione ō posset producere actum b. nisi mediante actu C. et sic in infinitum ō secundum omnis enim actus supponit influxum in actionem et voluntatis determinationem ad agendum

N. Mi. et dico voluntatem immediate producere suas actiones si enim ō posset immediate suas actiones producere eadem ratione quaecumque supponatur facultas ō poterit immediate suas actiones producere atq. hoc repugnat ā datur aliqua facultas activa atq. nulla daretur facultas activa, si nulla posset suas actiones producere. ratio ~~ulte~~ aeriori ē quia anima immediate vellept aliquid, atq. immediata volitio alicujus rei ē immediata actionis productio siquidem volitio ē actio.

Ad probationem respondeo influxum in actionem et determinationem ad agendum V. G. ad amandum ō distingui ab actu amoris ā determinatio ad agendum ē complementum potentiae, atq. actus nihil aliud ē quam complementum potentiae nisi influxus in actionem dicatur ipse actus admittendus erit progressus.

Obj. 4º Mens humana ō pt seipsam producere atq. posset seipsam producere si eēt causa suarum modificationum.

Dis. Maj. mens humana ō pt se ipsam producere simpliciter et quoad substantiam C. Maj. quatenus talem et quoad modum existendi N. Maj

Ins. Modificationes animae ab anima ō distinguntur. gō anima ō pt suas modificationes in se ipsa producere quin se ipsam producat.

Dis. ante. sed illae modificationes animam praesupponunt C. ante. secus N. ante. porro ut anima possit producere modificationes quin seipsam producat simpliciter et quoad substantiam sufficit ut illae modificationes animae substantiam praesupponant. alioquin dicendum eet deum ō posse producere suas modificationes quin se ipsum producat si quidem ejus actiones ab ipso ō distinguntur realiter.

Obj. 5°. Causae secundae nullam habent vim activam atq. mens humana ē causa secunda.

Dis. Maj. Causae secundae corporeae C. Maj. causae secundae spiritales N. Maj. habent facultates amandi volendi. atq. ejus modi facultas ē vere activa. si ejus modi facultas ō eet verè activa quando mens vellet, amaret vel odio haberet, aliquod esset in ipsa principium externum quod eas modificationes physicè produceret, et earum respectu tam passivè se haberet quam respectu sensationum doloris aut voluptatis. atq. hoc falsum ē.

Ins. mens nostra ō continet suum amorem antequam eliciat actum amoris, ~~hinc~~ ergo ō ē activa.

Dis. ante. ō continet formaliter suum amorem C. virtualiter N. continet actus amoris eliciendi capax ut constat sensu intimo.

Obj. 6°. mens humana ō pt creare, atq. producere actiones ē creare N. Mi. ā creare ē substantia producere.

Ins. ~~Do~~ Creatio ē eductio ē nihilo. atq. actionum productio ē eductio e nihilo.

Dis. Maj. creatio ē eductio e nihilo tum sui tum subjecti C. Maj ex

nihilo sui tantum N. Maj. porro productio actionum ē eductio ex nihilo sui sed ō ē eductio ex nihilo subjecti siquidem ē substantiae praeexistentis evolutio sub variis formis.

Obj. 7º anima ō pt se ipsam permiscere, atq. se ipsam permisceret si produceret suas actiones, siquidem ~~p~~ novae actiones sunt perfectiones novae.

N. Mi. ā sive agat sive ō agat anima, ō ē medium nec perfectior

Propōo 2ª

Existit in homine liberum arbitrium seu libertas a necessitate.

Argumentum I

ille ē liber qui habet ~~quid~~ vim electivam atq. homo in statu naturae lapsae habet ~~quid~~ vim electivam ille enim habet vim electivam qui ad nullum bonum in particulari necessitatur. atq. hominis voluntas ad nullum bonum in particulari necessitatur. si enim hominis voluntas ad aliquod bonum in particulari necessitaretur. bonum particulare posset necessitare ad sui prosecutionem. atq. nullum ē bonum in particulari quod possit necessitari ad sui prosecutionem, ā excepto Deo omne bonum in particulari quodcumque sit ē finitum et limitatum. atq. bonum finitum ō pt necessitare ad sui prosecutionem. illud enim ad sui prosecutionem ō pt necessitare, quod ō impedit quominus voluntas ad aliud objectum se convertat et ideo quiescat, atq. bonum finitum ad limitatum ō impedit quominus ad aliud objectum voluntas ad aliud objectum se convertat et ideo conquiescat. bonum enim quod ō replet totam capacitatem animae ō impedit quominus ad aliud objectum se convertat voluntas et in eo conquiescat. atq. bonum finitum in particulari

ō replet totam animæ capacitatem gō ō pt ad sui prosecutionem necessitare.

Et certe si bonum particulare et finitum ad sui prosecutionem necessitaret ex præsentia aut absentia alicujus boni finiti et particularis certo concludi posset quænam futura eēt humanæ voluntatis determinatio. atq. hoc falsum ē si certo concludi posset ex præsentia aut absentia alicujus finiti et particularis quænam futura eēt humanæ voluntatis determinatio inter humanæ voluntatis determinationem et causam extrinsecam seu distinctam a voluntate daretur connexio atq. hoc falsum ē. constat animam suam determinationem suscipere mutare deserere, nulla exigente causâ extrinseca

Obj. 1º si homo eēt liber, posset eligere, atq. homo ō pt eligere.

N. Mi. ā ille pt eligere, qui neutrum ex duobus bonis finitis pt assumere, quique pt modo in uno bono modo in altero conquiescere atq. homo pt modo in uno bono modo in altero bono particulari infinito pt que ex illis assumere ita ē si nullum bonum particulare et finitum possit necessitare ad sui prosecutionem, atq. res ita ē. voluntas enim ō fertur eodem impetu versus bonum particulare ac versus bonum in genere atq. voluntas eodem impetu ferretur versus bonum in particulari ac versus bonum in genere si bonum particulare ad sui prosecutionem necessitare gō bonum particulare ō pt ad sui prosecutionem necessitare gō homo pt eligere inter duo bona particularia et finita.

Ins. si homo posset eligere vel inter objecta æqualia, vel inter inæqualia, atq. neutrum dici pt

N. Mi. ille enim ē electionis capax tum inter objecta æqualia tum inter inæqualia qui pt ab uno ad alterum sese convertere, atq.

sive bona sint aequalia sive inaequalia homo pt ab uno ad alterum sese convertere ā sive sint aequalia sive sint inaequalia sunt finita et limitata, gō aliquod varium in anima relinquunt gō pars vacua, si ita loqui fas ē alterius boni desiderio ō ardescere pt et revera inardescit, ut constat experientia.

IMS. voluntas ō pt eligere inter objecta aequalia, si in conflictu objectorum aequalium necessario emaneat suspensa et indifferrens atq. in conflictu objectorum aequalium voluntas necessario remanet suspensa.

e N. Mi. ca enim facultas ō remanet indifferrens in conflictu bonorum aequalium quae pt ipsa indifferrentiam suam tollere, quando eam tollere nequeunt motiva ab intrinceco petita atq. voluntas pt suam indifferrentiam tollere quando eam tollere ō possunt motiva ab extrinceco petita. voluntas enim determinatur modo libero et instar facultatis active ō modo mechanico et instar corporum quae quando viribus hinc et inde oppositis et aequalibus sollicitantur moveri ō possunt et necessario quiescunt. ā ut voluntas indifferrentiam suam ipsa possit tollere sufficit ut habeat bonum sibi propositum verum vel apparens nec requiritur ut illud bonum sit majus ac melius ā quoties adē ratio boni, toties adest respectu voluntatis ratio sufficiens ut se ipsam determinet.

IMS. potentia in partes oppositas viribus aequalibus voluntas debet suspensa et indifferrens remanere. atq. voluntas in hoc casu bonorum aequalium se habet in partes oppositas viribus aequalibus impulsa unde sic habet Leibnicius N.º 49 theodicea „ ~~cette~~ ce qui fait que ~~lane de Peridante~~ aussi le cas de lane de Buridan „ entre 2 prés egalement porté a lun et à lautre est une fiction qui „ ne scauroit avoir lieu dans lunivers dans lordre de la nature il est „ vrai si le cas etoit possible quil faudroit dire quil se laisseroit mourir „ de faim. mais la question est sur limpossible, a moins que Dieu

„ ne produise la chose expres. „

Dis. Maj. potentia passiva. C. Maj. potentia activa N. Maj. haec enim continet principium suae determinationis potest que pro suo nutu et viribus aequalibus motivorum resistere aut uni potius quam alteri cedere et praevalentiam dare potius quam alteri - jam vero ē in mente nostra facultas activa vero et proprio sensu sui ipsius determinatrix quae neque ab intellectu neque ab apetitu neque ab objecto determinatur multa ab homine cogitantur optantur et aguntur ex arbitrio sine ullis proprie dictis praedeterminationibus seu rationis seu apetitus

Ins. voluntas agere ō pt sine motivo atq. ageret sine motivo si eligeret inter objecta aequalia vis enim unius penitus edidit vim alterius

Res. 1º N. Maj. ā saepe fit ut ō alia sit ratio facti quam voluntas facientis

Res. 2º Dis. Maj. sine motivo quod ipsa mens sibi fingat C. Maj. quod sit naturale antecedens et praeponderans N. Maj. ā unus quisque experitur se posse pro arbitrio animum suum ad cujuscumque rei considerationem convertere excitare in se cujuscumque rei quae speciem boni habet actualem appetitionem imperare in corpore quoscumque motus ad quos dominium animi in corpus sese extendit hoc que facere pt nullo alio adductus motivo quam ut experimentum capiat propriae libertatis proinde que ex motivo quod sibi fingit mens et nullo modo naturali et antecedente. si quis hoc neget generis humani testimonio mendaci convincitur.

Ad probationem Dis. vis unius motivi elidit vim alterius in rebus passivis et mecanicis C. in rebus activis et intellectualibus. N.

Vis enim unius motivi ē bonitas objecti ut nobis conveniens cognita atq. bonitas unius objecti ut nobis conveniens cognita ō ~~inquirit~~ impedit quominus alterius objecti bonitas ut nobis conveniens pariter noscatur. bonitas objecti ō se habet ut pondus quod ad se voluntatem alliciat sed ē mera cognitio requisita ut voluntas pendat in objecto. ~~voluntas~~ anima pr motivum proprie ō movetur sed tantum ē transferre ~~in~~ e loco in locum atq. anima ut pote simplex et spiritalis ō pt transferri e loco in locum, ḡo proprie ō habetur nec impellitur pr motiva sed tantum percipit rationes agendi quibus perceptis sese pro suo nutu ad agendum determinat.

Ins. electio ē prædilexio. atq. prædilexio ē impossibilis ~~uno~~ in hoc cursu bonarum æqualium prædilexio ē impossibilis si amor commensuretur bonitate et amabilitate objecti. atq. amor necessarior commensuratur bonitate et amabilitate objecti. si enim amor sese extenderet ultra bonitatem et amabilitatem objecti, possibilis ēēt gradus amoris ~~qui~~ cui ō corresponderet gradus bonitatis ex parte objecti si essent v. G. tres gradus amoris, et duo tantum gradus bonitatis in objecto atq. hoc repugnat. ā si possibilis ēēt gradus amoris cui ō corresponderet gradus bonitatis in objecto amor posset ad nihilum terminari, atq. amor terminari ō pt ad nihilum. nihil enim amari pt nisi habeat rationem boni realis aut apparentis.

e N. Mi. voluntas ex duobus bonis æqualibus utrumque pt admittere si quidem utrumque ut pote habens speciem boni amari pt utrumque pt rejici quia utrumque finitum ē et neutrum consequenter replet totam capacitatem voluntatis ḡo pt etiam unum assumere altero neglecto

ad probationem Dis. amor non fit terminari nisi ad illud quod habet speciem boni realis et ficti C. quod habet speciem boni realis. ns. modo enim nostram felicitatem reponimus in uno objecto modo in altero idem objectum successive placet et displicat amatur et odio habetur sed creaturae quae sunt tantum bona finita magis amantur quam Deus qui est bonum infinitum ergo amor non semper et necessario commensuratur bonitati et amabilitati reali objectorum.

TMS. ad amorem requiritur bonitas ex parte objecti ergo ad praedilectionem requiritur major bonitas.

Dis. Ante. requiritur bonitas arbitraria vel realis et antecedens C. bonitas realis. ns. cnte. Dis. Consequens. ad praedilectionem requiritur major bonitas arbitraria. C. major bonitas realis. ns. bonum quod eligitur semper magis placet voluntati consequenter ad electionem quia ceteris omnibus antegeritur unde electio est semper praedilectio objecti melioris facti melioris per electionem sed non est praedilectio objecti quod melius sit antecedenter ad electionem

TMS. nihil fit sine ratione sufficiente, atq. electio inter bona aequalia fieret sine ratione sufficiente nulla est ratio cur ex duobus bonis aequalibus unum alteri antegeratur.

ns. Mi. Ratio bonitatis est ratio sufficiens ut objectum appetatur et ejus finitudo et imperfectio est ratio sufficiens ut rejiciatur ergo est ratio sufficiens electionis inter bona aequalia

ad probationem Dis. quando motiva sunt aequalia nulla est ratio sufficiens ab intrinseco petita seu ex parte objecti unam

alteri anteponendi C. nulla ē ratio sufficiens ab extrinseco seu ex parte libertatis petita assumendi ~~non~~ potius quam alterum e Nego. Voluntas exercendi libertatem ē ratio sufficiens agendi potius quam ō agendi.

Et vero experimur nos posse judicis nostris appetitibus et omnibus naturalibus motivis vi sola electionis seu arbitrio obsistere ac nulla sequi motiva nisi arbitraria et quae finximus. quod ad appetitus naturales attinet quis hoc inde expertus ō ē. ~~qui~~ cui ō contigit molesta et appetitibus naturalibus contraria sponte tolerare? id que tam alacriter ut ipse dolor ex via illata appetitibus gratus quodam modo factus sit, qui se posita electione fuisset molestissimus. unde constat ~~cum~~ cum nostris electionibus conjunctam ēē voluptatem, quae suspendat molestiam orta ex appetituum frustratione et illam quando que vincat. immo obstinata electione appetitus naturales pervertere possumus et efficere, ut ea prosequantur quae naturaliter fugiunt fugiant vere quae natura appetunt ut illi certe barbari fecerunt qui perpetuo occupati in bello vicinis inferendo captivis vescuntur ā natura ad pericula perpetua ad crudelitatem ad tales cibos ō inclinavit: haec ab illis ō fierent nisi aliter sibi possent placere quâ ex rerum congruentiâ cum naturalibus appetitibus aut nisi esset in nobis arbitrium cujus vi naturam vincamus.

Deinde ipsi etiam rationi ac vi contradicere nos posse docet experientia, et dolendum ē nos tot exemplis id probare posse. imo tantum ēē videtur dominium arbitrii in intellectum cujus vi quodam modo subactus ō modo bona pro malis, sed etiam falsa pro veris admittere quando que probatur ā arbitrium depravare pt sensus praecipue interiores illos in quibus posita ē moralis disciplina. sicut enim ea quae gustui insuavia et amara fuerunt, ex usu fiunt gratissima sic illis quoque sensibus quibus

rectum cernere deberemus ea que revera deformia sunt et contemptibilia pulchra apparent

Ins. nullus ē effectus contingens sine causa atq. determinatio ad eligendum inter duo bona aequalia esset effectus contingens sine causa nulla enim fingi pt causa hujus determinationis.

N. Mi. causa efficiens ē voluntas. et causa finalis ē motivum quod sibi creat finis quem sibi proponit apparens bonitas ex parte objecti

Et Ins. si daretur talis electio quodam modo casu et fortuna contingeret atq. hoc repugnat

N. Maj. causa libera ō fortuna et casu agit, quia scienter agit quia agendo sibi motivum et finem agendi creat, quia agit ut experiatur facultates suas et eam jucunditatem quae ē a Deo cum actione juncta

Ins. Nullo modo intelligitur quo modo fieri possit electio sine naturali motivo quod sit ejus causa. gō &c.

N. consequentiam Multa enim ō intelligimus quae tamen existunt neque magis intelligitur quo modo arbitrium determinetur a motivo quam quo modo se determinet.

Ins. contram 2am partem responsionis allatae ea enim facultas ō pt eligere inter objecta inaequalia, quae ad minus bonum ō pt se determinare, atq. voluntas ad minus bonum eligendum ō pt se determinare.

N. Mi. ea facultas ad minus bonum eligendum pt se determinare quae pt suspicari plures ēē voluntatis gradus in objecto quod revera minus ē quam in altero atq. anima pt suspicari plures ēē bonitatis gradus in objecto quod reverâ minus ēst quam in altero. ā pt ō considerare et apprehendere omnes gradus bonitatis majoris boni et

plures in minori bono gradus intueri

Ins. anima ō pt amare malum quatenus malum ~~quae~~ atq. minus bonum eligere detecto majori foret amare malum quatenus malum.

N. Mi. ā amare malum quatenus malum foret illud amare sub eo respectu sub quo malum eēt et nullatenus amabile. atq. minus bonum eligere ō ē amare malum quatenus malum voluntas enim eligens minus bonum amat bonum ō enim illud eligit quia minus bonum ē sed quia bonum ē

Ins. illud ē malum quatenus malum quod nullam habet rationem boni atq. minus bonum praesente majori bono nullam habet rationem boni.

Dis. ~~Maj.~~ Mi. minus Bonum quatenus minus ō habet rationem boni C. minus bonum quatenus bonum ō habet rationem boni N. itaque minus bonum spectari pt vel quatenus bonum, vel quatenus minus bonum id ē quatenus carens bonitatis gradibus qui sunt in majori bono

Ins. Majus bonum beatiorem animam efficit atq. anima eligit quod ipsam beatiorem efficit nisi anima eligeret, quod ipsam beatiorem efficeret posset amare suae felicitatis limitationem atq. anima ō pt amare limitationem suae felicitatis. anima enim amat necessario suam felicitatem. atq. substantia quae amat necessario suam felicitatem ō pt amare limitationem suae felicitatis principium enim necessario agens ō pt modum ponere suis actionibus.

Dis. Maj. majus bonum beatiorem animam afficit sub aliquo respectu beatitate ficta et arbitraria C. Maj. beatiorem animam efficit sub omni respectu et beatitate reali N. Maj.

Porro anima necessario eligit quod ipsam beatiorem efficit sub omni

respectu et beatitate reali e Nego quod anima eligat necessario quod eam magis beat sub aliquo respectu et beatitate ficta. illud ō eligit quod ō replet omnem voluntatis appetitum atq. quod magis beat sub aliquo tantum respectu ō replet voluntatis appetitum nisi bonum majus sit infinitum ō magis beat animam sub omni respectu quam minus bonum gō pt anima ab illo suscipiendo voluntatem retrahere minus que bonum prae majori praetenso assumere. sic quoti de indifferentes haeremus inter bona inaequalia, quia nempe ad rationem boni quae in utroque reperitur tantum attendimus seu quia majoritas boni majoris ut pote quae ō sit sub omni respectu tollitur minoritate V. G. gaudii inde percipiendi

aliter Dist. Mi. anima eligit necessario quod ipsam magis beat si illud necessario cognoscat quatenus ipsam magis beatus. C. Mi. si quidem in omnibus felicitatem quaerit si ō noscat necessario sub eo respectu sub que magis beat. e N. Mi. porro majus bonum ō noscitur necessario quatenus magis beans. mens enim pt ō attendere ad omnes ejus bonitatis gradus. responderi posset majus bonum nullatenus animam beare si sit finitum ā ut infra ostendemus bona finita ō possunt ēē objectum nostrae felicitatis proprie dictae.

Ins. in illud se se flectere necessario debet voluntas quod in ipsam fortius agit. atq. majus bonum agit fortius quam minus bonum. motivum enim ō agit in voluntatem ratione suae praesentiae sed ratione suae quantitatis

Dist. Maj. quod in ipsam fortius agit necessario et independenter ab ejus electione C. Maj. quod in eam fortius agit dependenter ab ejus electione e N. Maj. porro majus bonum ō agit fortius in

voluntatem quam minus bonum independenter ab ejus electione anima enim ō necessitatur ad percipiendos plures bonitatis gradus in uno quam in alio gō suam attentionem avertere pt a pluribus gradibus boni quod in se melius ē gō bonum licet in se majus pt ō agere fortius in voluntatem quam minus bonum siquidem ignoti nulla cupido

Dis. Motivum ō agit in voluntatem ratione suae presentiae sed ratione quantitatis moraliter agentis C. physice determinantis e N. ā illud motivum ō agit ratione quantitatis suae physice sed moraliter cujus impressionem sequi pt voluntas indifferenter atq. voluntas impressionem motivi quaecumque sit ipsius quantitas sequi pt vel ō sequi quantitas enim et vis motivi quaecumque sit ō ē nisi finita, atq. nihil finiti imponere pt necessitatem agendi neque consensum necessario rapit.

Ins. voluntas illud eligere tenetur quod delectat amplius. ā ut ait Stus Augustinus quod magis nos delectat secundum id operemur necesse ē atq. majus bonum amplius nos delectat quam minus bonum.

Dis. Maj. quod amplius delectat delectatione deliberata C. Maj. ~~delibera~~ delectatione indeliberata et antecedenti N. Maj. nobis enim constat sensu intimo nos saepe agere quae minus delectant imo quae aliquatenus displicent nec nos semper sequi vividiores motus indeliberatos quibus in amorem bonorum praesertim sensibilium tradimur quotidie accidit v. G. ut percipiamus ex ludo et de ambulatione quam ex studio delectationem et tamen eligamus potius ō ludere quam ludere. Delectatio deliberata et consequens ē ea quae nascitur ex ipsa voluntatis electione ipsa electio facit ut objectum quod eligitur magis delectet et alias anteponatur delectatio indeliberata et antecedens ē ea quae excitatur independenter a consensu voluntatis

Ins. si quod ō amplius delectat delectatione indeliberata amplius non delectaret consequenter ad electionem voluntatis penderet a nobis objectum ex malo bonum et jucundum efficere atq. hoc absurdum ē

N. Mi nullum enim ē objectum in quo voluptatem quaerere et invenire ō possimus. ita gratum ē libertatis exercitium ut res maximè indifferentes sola electione grate efficiantur rerum vero quae naturaliter grata sunt congruitatem intendat et augeat, atque rerum natura increatarum molestiam minuat liberum arbitrium res eligendo eas quasi occupando facit suas et sibi convenientes et gratas

Ins. si penderet a nobis objectum ex malo bonum efficere nostra felicitas a nobis penderet atq. hoc ē absurdum

N. Mi homines enimplerumque sunt miseri et sua culpa ex defectu rationis et reflexionis beate vivunt omnes qui sua desideria restringunt, e contra semper sunt infelices qui nulla desiderant

Ins. ille ō ē liber qui necessario sequitur motivum quo ad agendum inducitur atq. homo necessario sequitur ~~ad~~ motivum quo ad agendum inducitur

N. ~~Maj~~ mi 1º quia observatione et experientia compertum ē hominem saepe agere licet habeat motivum ō agendi et saepe ō agere licet habeat motivum agendi 2º quia in his hominibus quae subjacent libertati humanae ō alia saepius ē ratio facti quam voluntas facientis. 3º quia cognitis motivis quae hominem impellere possunt ad agendum ō ideo certo praevideri pt quid homo sit acturus.

De hoc argumento consulite tractatum de principiis religionis naturalis et revelatae ubi de libertate disseritur.

⁜ ⁂ ⁜ ⁂ ⁜
⁜ ⁂ ⁜
⁜

Argumentum 2um

in eo existit libertas quem ad bene vel male agendum liberum ēē omnes populi consentiunt, atq. omnes populi consentiunt hominem ad bene vel male agendum ēē liberum, illi enim consentiunt hominem in statu naturae lapsae ēē liberum ad bene vel male agendum. qui leges ferunt praemia bonis proponunt et poenas malis laudant justos et culpant injustos. judicia exercent et concilia habent ad deliberandum atq. omnes populi leges ferunt, praemia bonis proponunt et poenas malis laudant justos et culpant injustos. judicia exercent et concilia habent ad deliberandum

Argumentum 3um

In eo admittenda ē in quo observantur omnes arbitrii proprietates atq. in homine lapso observantur omnes liberi arbitrii proprietates nempe virtus vitium, demeritum laus vituperium praemium et supplicium gō in homine lapso admittenda ē libertas.

Obj. ō valet argumentum ex proprietatibus libertatis laude et vituperio virtute et vitio mercede et supplicio ā vitae proprietates locum habent in infantibus amentibus bellius V. G. in canibus siquidem haec agentia propositis praemiis vel suppliciis saepe ad agendum invitantur vel ab agendo deterrentur atq. tamen in infantibus amentibus et bellius nulla ō libertas.

Dis. Maj. praedictae proprietates locum habent in infantibus amentibus et bellius sed fundantur in mero et naturali impellitur C. Maj. et fundantur in ipsorum electione N. Maj. electio supponit intensionem finis et comparationem mediorum cum fine atq. ejusmodi intensio

finis et comparatio cum fine ō deprehenduntur ~~abentibus~~ amentibus infantibus si quidem in omnibus insanis ō aquat nisi modo deformi et invariabili atque ex mechanismo potius quam ex libertate ad summum dici pt infantes amentes saepius propositis vel praemiis vel supliciis adagendum inciteri vel abagendo deterreri via instinctus naturalis quia habent instinctum quo feruntur ad conservationem sui consequenter feruntur ad prosecutionem eorum quae possunt nocere vel prodesse ipsorum conservationi atq. haec in ipsis ō contingunt via electionis

Praeterea pene legibus civilibus fuerunt institutae 1º ut homines puniantur pro suis sceleribus 2º ut ab aliis sceleribus admittendis deterreantur. contra vero bene pro belluis v. g. pro canibus institutae eo tendunt ut a quibusdam avocentur ō vero ut puniantur pro praeteritis. insuper priores penae institutae impressionem faciunt licet ō videantur ō vero posteriores

Argumentum 4um

Existit in homine libertas si constet unicuique sensu intimo sic ita agere ut possit ō agere atq. res ita ē, nemo ē qui ō sentiat se id semper elegisse quod placuit id repudiasse quod displicuit se potuisse ō eligere quod elegit ō repudiare quod repudiavit gō unicuique constat sensu intimo se ēē liberum.

Obj. ō sumus certi ex testimonio sensus intimi de existentia libertatis nisi simus certi ea omnia adēē quae requiruntur ad libertatem atq. res ita ē ā ad libertatem requiritur ut nulla sit in nobis agendi necessitas insensibilis. atq. ō constat sensu intimo in nobis ō ēē agendi necessitatem saltem insensibilem

N. Mi. ā illi certi sunt nullam ēē in se agendi libertatem etiam insensibilem qui pro suo arbitrio suos actus disponere possunt

atq. homines pro suo arbitrio suos actus disponunt q̄o sentiunt nullam ēē in se agendi necessitatem etiam insensibilem. Sedulo notandum ē nos ō probare absentiam necessitatis praecise quia eam ō sentimus sed quia sentimus ad agendum aut ō agendum prohibitu.

Ms. fieri pt ut homines semper inclinentur aliquibus motivis quae ō percipiuntur q̄o ō sumus certi in nobis ō ēē agendi necessitatem insensibilem

N. ante. quia nullo modo intelligitur quomodo ea motiva ~~intelligi~~ pt si sint insensibilia possent inclinare mentem ā earum rerum quae ō apparent et earum quae ō sunt idem ē judicium ideo que dum conceditur motiva illa ō ēē sensibilia conceditur quoque mentem nullis perceptis motivis nisi que sibi ipsi finxit inclinare sese

Obj. 4°. Si sensus intimus probaret existentiam libertatis vel ante actum vel in actu vel post actum atq. nihil horum dici pt ō primum nec tertium sensus enim intimus referre ō pt nisi quae sui sensum faciunt nisi quae mentem interius afficiunt atq. ante et post actum libertas ō afficit mentem. facultates enim ō afficiunt mentem nisi per exercitium quod ita certum ē ut innumerae facultates ex data fortuito occasione in lucem prodierint. ō secundum cum enim agimus sentimus tantum nos agere ō verò sentimus nos ita agere ut possimus ō agere.

N. Mi. quoad singulas partes. 1° ante actum sentimus libertatem ō immediate quidem sed mediate sentimus enim in nobis ~~co~~ propensionem invisibilem ad definiendum determinandum ve actionis cujus libet sive modum sive tempus sive durationem ante experimentum hujus facultatis possumus in antecessum praedicere quid ipsi facturi simus ō tantum proximo momento sed die vel anno proximo et totius vitae rationem instituere quin imo causas etiam occasionales futurarum nostrarum actionum arbitrarias statuere possumus

3o.
hi sensus haec praescientia et arbitraria praedeterminatio habent cum veritate connexionem.

2o. in actu sentimus libertatem quia nemo ē qui cum patrat aliquod scelus ō se ipsum condemnet et conscientiae stimulos ō experiatur. atq. nisi esset liber ejusmodi conscientiae stimulos ō experiretur

3o. post actum habemus sensum libertatis ā post bene acta nos ipsos approbamus et laude dignos putamus post male acta nosmet ipsos damnamus. atq. hos sensus ō haberemus si haec facta a nobis perficerentur involuntario aut sine imperio nostrae libertatis. sic si aliquod malum negligentia et culpa nostra accersamus multo magis torquet et diutius ejus memoria molesta ē, quam idem illud malum aut majus si in illud casu incidissemus.

Ins. Per actum ō sentire possumus potentiam ō agendi. nulla enim potentia sentiri pt nisi per actus proprios atq. potentia agendi. ō ē potentia ō agendi

Res. 1o. N. Maj. cum enim potentia sit nobis intime praesens possumus illum sensum habere quamvis in actum ō erumpat de facultatibus corporeis verum ē hoc axioma sed ō de spiritualibus

Res. 2o. N. Mi. una enim et eadem ē potentia agendi et ō agendi volendi et ō volendi et nobis innotescit sive ea potentia exerceatur per volitionem sive per volitionem actus, ā eo ipso quo aliquid libero ago sentio eum actum ē electionem et proinde oriri a potentia quae sit potentia ō agendi

Ins. ut essemus conscii nos habere potentiam ō agendi dum

agimus deberemus ēē certi nihil nobis dēē eorum que sunt præ-
requisita ad nolendum agere atq. de hoc nobis ō constat.

N. Mi. ā antequam agamus sumus conscii a nobis pendere ō agere.

Ins. ō sumus conscii paratum ēē concursum Dei ad agendum. atq.
ille concursus prærequiritur ad agendum. ~~N. maj~~

N. Maj. constat sensu intimo mentem antequam agat posse
pro arbitrio agere vel ō agere determinari, gō constat de præsentia
concursus ad agendum prærequisiti.

Ins. ō possum certo scire Deum nobis daturum ēē quod nobis
delegare pt atq. Deus pt nobis delegare suum concursum

Dis. Maj. si ō sumus conscii Deum nobis suum concursum auferre
C. Maj. secus. N. porro clamat conscientia Deum concursum
auferre cum agimus sentimus nos ita agere ut possimus ō agere.

Ins. ō magis possumus sentire modum actus liberi quam alios nostro-
rum actuum modos, atq. ō sentimus alios nostrorum actuum modos.

Dis. Maj. quam alios actuum nostrorum modos a voluntate nostra
elicitos C. Maj. ab alio principio elicitos N. Maj. duplicis generis
modi actuum nostrorum distinguntur. alii oriri dicuntur a nobis ipsis
alii ab aliis principiis a nobis distinctis. primi generis ē libertas, secundi
supernaturalitas eorum actuum qui æternam felicitatem merentur

Obj. si sensui intimo crederemus hominem sapientem liberum ēē ad
oculos sibi effodiendos existimaremus atq. ad id liber ō ē vir sapiens si
quidem supponi ō pt virum sapientem illud præstare.

Dis. Mi. il ō ē liber ex hipotesi quod sapiens supponatur C. ō ē liber absolute
N. ā pt desinere ēē sapiens

Argumentum 5um

ille ē liber qui ē suorum actuum dominus. atq. homo ē suorum actuum dominus. ille ē suorum actuum dominus qui suos actus disponit differt accelerat deserit pro suo nutu; in antecessum decernit quo tempore quo instanti qua occasione et conditione acturus sit omissa in posterum servare vel quae admisit perperam amplius ō admittere proponit. brachium attollit vel demittit pro libitu ambulat vel sedet oculos ad dextram vel ad sinistram convertit pro arbitrio. atq. homo suos actus disponit.

Obj. homo ō ē liber si nullum sit instans in quo possit exercere suam libertatem atq. nullum ē instans in quo homo possit exercere suam libertatem. si enim homo posset aliquando exercere suam libertatem vel in primo instanti creationis vel in instantibus sequentibus atq. neutrum dici pt

e N. Mi. constat sensu intimo nos posse actu libertatem exercere gō libertas exerceri pt in instantibus subsequentibus primum instans creationis.

quidam philosophi nempe defensores conservationis directae contendunt hominem ēē liberum etiam in primo instanti creationis, ā ad exercitium libertatis duo tantum requiruntur nempe potentia electiva et cognitio objecti. atq. utramque habere pt homo in primo instanti creationis. et vero aiunt si quid impediret quominus homo posset suam libertatem exercere in primo instanti creationis quia requireretur instans praevium ad actionem atq. ad agendum ō requiritur instans praevium alioquin aliquod instans praecessisset determinationem

Dei ad agendum, atq. hoc ē falsum ē alioquin decretum de creando mundo ō eēt ab æterno qō &c.

Min. ō magis anima pōt exercere libertatem in instantibus quam in primo instanti creationis, atq. in primo instanti creationis ō pōt exercere libertatem siquidem in primo instanti producitur instructa suis modificationibus.

Ex maj. ratio disparitatis ē quod sensus internus testetur nos in actu liberos dum idem ō testatur pro primo instanti creationis ō enim recordamur quid peractum fuerit in nobis in primo instanti creationis

Obj. operationes naturæ humanæ possunt ad has quatuor revocari nempe perceptiones judicia progressiones et actiones ex his sequentes atq. homo ō ē liber in his operationibus ā objecta percipimus prout se se nobis offerunt prout ea percipimus sic judicamus; prout judicamus sic propendemus et volumus voluntatis vero progressionem actio sequitur.

Res. 1º ex. Maj. ā præter has operationes ē in mente facultas activa se se commovendi cogitationes progressiones et actiones imperandi.

Res. 2º ex. Mi. ā falsum ē nos objecta percipere quæ se se nobis offerunt siquidem ipsi in nobis ideas excitamus et eas varie componimus pro arbitrio falsum ē nos judicare ex prima specie objectorum ā sæpe deliberamus de objectorum naturis et effectibus et pendente deliberatione varia ferimus judicia. falsum ē nos velle prout judicamus. ā quotidie volumus contra judicia naturæ multi vident melioria probantque deteriora sequuntur. falsum ē denique actionem cum progressione voluntatis conjungi. ā contra vim progressionis ab actione sæpe abstinemus

Ins. ex axiomate voluntas sequitur ultimum judicium q̄o semper volumus prout judicamus.

N. Cons. ā judicium illud practicum nil aliud ē quam voluntatis determinatio.

Obj. omnia quae a deo praevisa sunt et decreta ō sunt in nostra potestate atq. omnes nostrae actiones sunt a Deo decretae q̄o ō sunt in nostra potestate proinde que homo ō ē liber.

Dis. Maj. quae a Deo sunt praevisa et decreta independenter a voluntate ō sunt in nostra potestate C. Maj. quae a Deo sunt praevisa et decreta independenter a nostro consensu N. Maj. porro actiones ō sunt a Deo decretae et consequenter ad liberum voluntatis nostrae consensum. actiones nostrae ō ideo futurae sunt quia praevidentur et decernuntur a Deo sed ideo praevidentur ac decernuntur quia futurae sunt.

Paragraphus Tertius
De objecto libertatis humanae

Libertatis objectum seu materia libertati subjecta ē illud circa quod mens exercere pt suam libertatem objectum illud duplex ē nempe verum et bonum. mens enim quando suam libertatem exercet habet pro objecto vel verum cognoscendum vel bonum amandum

Propositio Prima

Mens ō ē libera circa amorem beatitudinis et boni in genere

Prob. mens ō ē libera circa ea ad quae ex naturae suae pro

pensione determinatur, atq. mens determinatur ad amorem beatitudinis et boni in genere ex suae naturae propensione, ō ē enim in nostra potestate velle ēē miseros et infelices ut patet ex sensu intimo

Corollarium Primum

Mens amare ō pt malum quatenus malum, ā amare malum quatenus malum foret illud amare sub ratione mali cognitum atq. amari malum ō pt sub ratione mali cognitum ā unica ratio ~~adherendae voluntatis~~ alliciendae voluntatis et amoris excitandi ē convenientia vera vel apparens. atq. malum quatenus malum nullam habet convenientiam veram aut apparentem. ā malum quatenus malum nullatenus placet ḡo mens ō pt amare malum quatenus malum

Secundum

Mens ō pt agere sine aliquâ ratione et sine aliquo motivo 1º. quia nihil velle pt nisi in eo videat aliquam rationem Boni saltem apparentem. 2º. quia Libertatis exercitium ē actus humanus id ē actus qui fit cum advertentia et deliberatione. atq. actus hujus modi supponit rationem agendi.

Propōo 2a

Mens ē libera circa bona particularia.
Prob.to quia nullum ē bonum particulare a cujus consideratione abstinere ō possit mens humana 2º quia nullum ē bonum particulare quod repleat capacitatem voluntatis

Propōo 3a

Mens ō ē libera circa quasdam ideas saltem habendas, sed circa

cæteras ē libera.

Prob. prima pars. ā sunt quædam ideæ quæ in nobis sine nobis id ē sine nulla deliberatione ex parte mentis excitantur.

Prob. 2a pars. si quando mens afficitur aliqua idea possit ad eam attendere vel ō attendere, et si ex attentione ad primam ideam aliæ excitantur in mente, certe mens nostra libera ē circa illas ideas. atq. utrumque verum ē primum quidem ut constat sensu intimo secundum ā sensu intimo et experientia constat ex attentione ad ideam trianguli variarum trianguli proprietatum ideas excitare.

Hac ratione pt confirmari mentem ēē liberam circa bonum particulare, cum enim nunquam agat sine ratione ō pt bonum particulare eligere vel ō eligere nisi quia pt attin~~gere~~dere vel ō attindere ad illas rationes pt illud objectum eligere vel ō eligere

Propōō 4a

Mens nostra ō assentitur libere tribus immediate evidentibus sed assentitur his quæ habent aliquam obscuritatem.

Prob prima pars mens ō ē libera ad agendum quando determinatur ex sua natura ad assentiendum. atq. mens determinatur ad assentiendum rebus immediate evidentibus. repugnat enim ut mens assensum deneget his que ō possunt habere rationem falsi. atq. ~~pt~~ quod ē per se notum et evidens ō pt habere rationem falsi.

Prob. 2a Pars. mens libere assentitur his quibus assensum denegare pt atq. mens pt assensum denegare ~~in~~ his quæ habent aliquam obscuritatem ut constat sensu intimo.

Et certe mens nostra assentitur libere alicui prõni quando ejus assensus pendet ab actu mentis qui potuit a mente poni vel õ poni etq. assensus datus proprõni quod habet obscuritatem pendet ab actu mentis qui potuit poni vel õ poni nempe ab attentione mentis ad collectionem hujus prõnis cum prime principio

Questio 2a
De principijs Externis actuum humanorum

Prius distinguuntur principia externa actuum humanorum nempe finis bonum et beatitudo

Caput Primum
De
fine

finis generatim ē illud quod intenditur et in cujus gratiam fit aliquid

finis duplex ē nempe finis qui et finis cui et finis huic. finis qui ē illud quod intenditur. finis qui ē persona in cujus commodum aliquid fergit.

finis cui duplex ē nempe finis operis et finis operantis. finis operis ē ille ad quem tendit opus ex se et ex sua natura v. g. sublevatio pauperis ē finis qui respectu elemosinae finis operantis ē ille quem intendit operans v. g. finis vel quem intendit exigens elemosinam ē aliquando sublevatio pauperis et gloria Dei.

finis triplex ē proximus medius et remotus

finis proximus ē ille qui proxime et immediate intenditur

finis medius ē ille qui mediante alio intenditur. finis ultimus ē ille qui ultimo et ultra quem nullus alius finis intenditur.

finis ultimus duplex ē ultimus simpliciter et ultimus secundum quid finis ultimus simpliciter ē ille qui ultimo intenditur ultra quem nullus intenditur et in iisdem circumstantiis nullus impendi pt finis. finis ultimus secundum quid ē ille qui ultimo intenditur ultra quem e nullus intenditur sed tamen in iisdem circumstantiis ulterior intendi pt

Propositio Prima

Homo in omnibus suis actibus deliberatis intendit semper aliquem finem et finem qui sit bonum aliquod reale vel apparens.

Prob. Prima pars. homo in actibus suis deliberatis humano modo agit. atq. ō sencetur humano modo agere nisi intendat aliquem finem agere enim humano modo ē agere ex re concepto motivo et concilio et sibi proponere finem et eligere media ad finem obtinendum idonea. gō homo in actibus suis deliberatis semper intendit aliquem finem.

Prob. Secunda pars. homo velle et intendere ō pt nisi aliquod bonum verum vel apparens, siquidem nihil velle pt nisi sub ratione boni homo enim ō pt amare malum quatenus malum ut antea probavimus gō homo &c.

Corollarium

Homo in actibus suis deliberatis agit propter finem aliquem ultimum ā quo homo finemquem intendit in actibus suis deliberatis ulterius refert ad alium finem vel ō. si primum finis ille ad quem refertur prior ē finis ultimus si secundum finis ille qui ō refertur ulterius ē finis ultimus. gō homo in actibus suis deliberatis agit propter

finem aliquem ultimum.

Propõo 2ª

Agnoscendus ē aliquis finis respectu hominis simpliciter ultimus

Prob. finis simpliciter ultimus ē ille qui propter se expetitur, et propter quem cætera omnia expetuntur atq. datur finis qui propter se expetitur et propter quem cætera omnia expetuntur. nisi enim esset aliquid quod propter se expetiretur et propter quod cætera omnia expeterentur, nihil omnino expeteretur quemadmodum nisi esset aliquod primum movens a quo omnia moverentur, nihil omnino moveretur, atq. certum ē plura a nobis expetit gō datur finis qui ita propter se expetitur ut propter se ipsum omnia expetuntur gō agnoscendus ē aliquis finis respectu hominis simpliciter ultimus

2º vel datur finis aliquis simpliciter ultimus vel datur progressus in infinitum in finibus atq. ō datur progressus in infinitum in finibus ā inter fines necessario ē aliquis ordo gō in his ē aliquid primum aliquid ultimum gō datur finis aliquis simpliciter ultimus

3º. Entia omnia inanimata finem habent aliquem ultimum ad quem diriguntur siquidem ut constat observatione nullum ē ens quod ō dirigatur ad bonum sibi consentaneum per media idonea gō a fortiori cum homo sit agens intelligens debet habere aliquem finem simpliciter ultimum

PPõo 3ª

finis hominis simpliciter ultimus debet ēē Deus

Prob. ille debet ēē finis simpliciter ultimus hominis ad quem omnes hominis actiones liberas tendere debent atq. omnes hominis

actiones libere tendere debent ad Deum tanquam ad finem vltimum
et debitum actiones enim hominis libere tendere debent ad illum
qui solus proprie se quarendus et expetendus ē atq. solus Deus
proprie se quarendus et expetendus ē solus enim Deus ē et summum
et infinitum bonum qō Deus debet ee finis hominis simpliciter
vltimus.

Obj. Si hanc teneretur agere semper propter Deum tanquam
finem vltimum quotiescunque ō ageret propter Deum tanquam
finem simpliciter vltimum totiesq ageret propter creaturam
tanquam finem vltimum homo enim necessario ex dictis semper
finem aliquem vltimum intendit. atq. falsum consequens
Datur enim medium inter ō agere propter Deum tanquam
finem semper vltimum et agere propter creaturam tanquam
finem simpliciter vltimum. a qui veniabiliter peccat ille neque agit
propter Deum tanquam finem simpliciter vltimum et tamen aliquin
ō peccaret neque etiam agit propter creaturam tanquam
finem vltimum simpliciter aliquin ne veniabiliter peccaret

Dis. Maj. qō totiesq ageret propter creaturam tanquam finem
simpliciter vltimum vel positive vel negative ē Maj. ageret propter
creaturam tanquam finem vltimum positive et fs. Maj. Itaque
finis simpliciter vltimus ee pt vel positive vel negative. finis simpliciter vltimus positive ē illud ad quem referuntur omnia ex
natura operis et intentione agentis. finis simpliciter vltimus
negative ē ille qui vltimus quidem ō refertur sed tamen ad quem
omnia ō referuntur sive ex natura operis sive ex intentione

agentis. Porrò quoties homo ō agit propter Deum tanquam finem ultimum simpliciter totiēs agit propter creaturam tanquam finem ultimum positivè aut negativè ō autem ultimum positivè à quo venialiter peccat ille ō agit propter creaturam tanquam finem simpliciter et positive ultimum licet enim peccans venialiter creaturam ulterius ō referat ō omnia tamen refert ad creaturam, siquidem homo ille habitu Deum antepenit creaturæ et actu Deum ō refert ad creaturam

Caput Secundum
De Bono

Triplex bonum distinguitur honestum, jucundum et utile

Articulus Primus
De bono Jucundo

Bonum jucundum ē illud quod potit voluptatem

quæritur 1º utrum objectum possit aliter amari quam ut jucundum

2º utrum objectum possit diligi sine respectu ad propriam felicitatem

Propō Prima

Nullum objectum diligitur nisi ut jucundum

Prob. Nullum objectum diligitur nisi quatenus nobis placens et conveniens atq. objectum quatenus placens ē jucundum ḡo nullum bonum diligitur nisi ut jucundum

Propō Secunda

Nullum objectum amatur sine respectu ad propriam felicitatem

Prob. nullum objectum diligitur sive respectu ad felicitatem Si nemo sit qui ō quærat in omnibus suam beatitudinem et suum bonum summumque malum ō aversetur. atq. nemo ē qui ō quærat in omnibus suis actibus suam felicitatem. nemo enim ē qui o quærat in omnibus suam felicitatem similiter suscipiamus nisi ut aliqua felicitate fruamur aut malum aliquod vitemus atq. nihil suscipimus nisi ut aliqua felicitate fruamur aut malum aliquod vitemus sive enim ē quod fugiamus etiam antecedenter ad omnem deliberationem quantum sommus quid quid malum nobis videtur sic ubi ignis alicui nostri corporis parti ex improviso et nobis inscijs applicatur, statim nulla precedente deliberatione partem illam ab igne removemus aut aliam ei succurrimus, aut si malum illud libere patiamur id fit majoris mali vitandi causa sic qui brachium amputandum putat ideo dolorem qui afficiendis ē tolerat, ut mortem aut aliud malum quod ei gravius videtur, fugiat qui longas et periculosas peregrinationes suscipiunt calores et pericula ō adeunt nisi se aliunde boni, divitiarum V. g. acquirendarum ex quibus majorem se percepturos ee voluptatem ducunt qui divitias deserunt ab aliorum consortio recedunt vigilijs et jejunijs se se torquent ō sic se gerunt nisi ut felicitatem æternam consequantur, qō omnes actus nostri derivantur ex amore nostræ felicitatis, qō nullum objectum diligitur sive respectu ad proprium felicitatem.

Et certe nullum objectum diligitur sine respectu ad nostram felicitatem, si ō possimus objectum diligere nisi sub eo respectu sub quo nos beatos efficit atq. ō possumus objectum diligere nisi sub eo respectu sub quo nos beatos efficit ō possumus enim objectum diligere nisi sub eo respectu sub quo in nobis voluptatem parit atq. objectum sub eo respectu sub quo in nobis voluptatem parit nos beatos efficit gō nullum bonum diligitur sine respectu ad propriam felicitatem proprium que commodum

Obj. 1º Si nullum objectum diligeretur sine respectu ad propriam felicitatem omnes actiones nostræ ad nos ipsos tanquam ad ultimum finem necessario referremus atq omnes actiones nostræ ad nos ipsos tanquam ad ultimum finem necessario ō referuntur alioquin male essent cum ad Deum qui propter se ipsum omnia operatus est referri debeant gō falsum ē nullum objectum diligi sine respectu ad propriam felicitatem

Dist. Maj. omnes actiones nostræ ad nos ipsos referrentur tanquam ad finem ultimum subjectivum C. Maj. objectivum N. Maj. finis ultimus subjectivus ē ille propter cujus felicitatem omnia suscipiuntur. finis ultimus objectivus ~~et~~ ē objectum propter ejus cujus assecutionem omnia fiunt.

Obj. 2º Si nullum objectum diligeretur sine respectu ad propriam felicitatem variæ causæ amicitiæ orirentur ab amore quo nos ipsos diligimus atq. hoc falsum ē

N. Mi. Si enim varias amicitiæ causas perpendamus nulla se conferet quæ ab amore quo nos ipsos diligimus ō vascatur. tota vis qua

proximitas ut ita dicam nostram excitat benevolentiam ~~hinc~~ inde
oritur parentes natos suos diligunt quia ex ipsis nati sunt, si enim
aliorum essent liberi nullatenus aut longe minus eos diligerent.
insuper parentes se ipsos veluti renascentes in filiis suis vident. si eorum
liberi fortitudine, eloquentia, prudentia &c. famam consequantur
illius partem sibi vindicant, cum enim ex iis nati sint, eorum
educationi invigilaverint, quidquid laudabile ab iis agitur ad se
referendum ēē credunt; cum autem haec omnia in liberis respectu
parentum locum ō habeant, nunquam accidit ut liberi parentes
suos tam ardenter ament quam ab ipsis diliguntur hinc natum ē
istud proverbium. „ le sang ne remonte jamais &c.
eadem proximitas ē in causa cur Gallus v. G. alium in Gallia
natum, magis quam Anglum diligat eo que major sit illa
amicitia quo major ē proximitas illa qui ex eadem provincia suum
ducunt originem majori se amore ut plurimum prosequuntur quam
qui in eodem regno, sed in diversis provinciis nati sunt, et qui ex
eadem urbe orti sunt, majori sunt conjuncti necessitudine quam
qui in diversis ejusdem provinciae urbibus in lucem editi sunt.
in que maxime apparent cum duo ejusdem regni aut ejusdem
urbis incolae apud exteros degunt. tunc enim amor quo quilibet
eorum omnes concives suos diligebat, totus in eum refertur,
cum quo tunc versatur.
his adde quod eorum quilibet liberalius et diligentius si alterius

ogre indigeat a carsive suo adjuvetur quam ab exteris.
Denique quo major ē inter homines similitudo eo major ē inter eos benevolentia nisi utilitas obstet cur autem similitudo amorem parit nisi quia alios nostri similes diligendo nos ipsos quodammodo amamus? cur ex proximitate amor nascetur, nisi quia quod ei tribuitur ad nos veluti pertinens spectamus hinc ē quod egrè feramus eos qui de patria nostra eorum honorifice loquantur. e contra oratio eorum qui laudibus eam extollunt voluptate nos afficit.
hac omnia possunt confirmari ex eo quod nullius boni possessio nos faciat felices nisi in quantum illius possessione delectamur hinc ē quod alii in horatii in illo bono suam ponant felicitatem ponit scilicet ex hujus aut illius boni possessione voluptatem percipiunt.
Obj. 3o. triplex amor distinguendus ē, amor quia communia nostra referitur qui vocatur amor spei concupiscentiæ interessatus gallicè amour d'interest. amor gratæ animi qui ex beneficiis acceptis nascitur gallicè amour de reconnoissance, et amor puræ amicitiæ, gallice amour de pure amitié. esto quod duo priores amicitiæ nascantur ex amore nostri sed idem de tertia amoris specie dici ō pt. unde sic concludes. amare pt objectum amore puræ amicitiæ. atq. amare objectum amore puræ amicitiæ ē illud amare sine respectu ad propriam felicitatem go amari pt objectum sine respectu ad propriam felicitatem
ex. elli. ā amare objectum amore puræ amicitiæ ō ē illud amare sine respectu ad propriam felicitatem sic eos ipsos quos amicitia maxime pura diligimus ideo amamus quia ex eorum colloquio studiis moribus aliis que eorum dotibus voluptatem percipimus atq. eos ipsos quos amicitia maxime pure diligimus ideo amamus quia ex eorum colloquio, studiis, moribus, aliis que eorum dotibus voluptatem percipimus

hinc ē quod si ~~facta~~ fiat in notis mutatio ex iis quibus ante necessitudine conjuncti delectabamur voluptatem ō percipiamus minuatur dissolvatur et penitus extingatur amicitia

Ins. objectum amatur amore puræ amicitiæ cum amatur propter seo ipsum atq. amare objectum propter se ipsum ē illud amare sine respectu ad propriam felicitatem

N. Mi. tunc enim amatur objectum propter se ipsum cum amatur propter aliquid ab ipso indistinctum cum ō amatur propter bona ab eo distincta atq. amare objectum propter aliquid ab eo indistinctum ō ē illud amare sine respectu ad felicitatem nostram beneficentia enim et aliæ dotes ~~sunt quidem~~ ō distinguuntur ab objecto v. g. a Deo. atq. cum amatur Deus propter beneficentiam et alias dotes ō amatur sine respectu ad propriam felicitatem qō amare objectum propter se ipsum ō ē semper illud amare sine respectu ad propriam felicitatem.

Ins. amare objectum propter solam bonitatem ē illud amare sine respectu ad felicitatem atq. amare objectum propter se ipsum ē illud amare propter solam bonitatem absolutam

N. Mi. ā amare objectum propter se ipsum ē illud amare quia ~~ideo~~ in eo ē aliquid notis conveniens et voluptatem excitans atq. bonitas absoluta sejuncta consequitur a voluptate quam objectum in notis excitat. qō amare objectum propter se ipsum ē illud amare propter solam bonitatem absolutam.

Inst. Si objectum amare propter bonitatem relativam foret illud amare propter se ipsum motivum amoris puræ amicitiæ quo Deus

propter se ipsum diligitur posset ēē ipsius bonitas relativa seu beneficentia atq. bonitas relativa ō pt ēē motivum amoris puræ amicitiæ quo Deus diligitur.

N. Mi. amatur enim Deus amore puræ amicitiæ cum motivum amoris ē ab eo indistinctum atq. bonitas relativa Dei ē a Deo indistincta

Ins. amor puræ amicitiæ differt ab amore concupiscentiæ et habet diversum motivum siquidem diversi amores a motivis specificantur atq. motivum amoris spei ē bonitas relativa

N. Mi. motivum enim amoris concupiscentiæ sunt bona a benefactore distincta.

Ins. amor spei quo Deus diligitur ō ē vitiosus atq. amor quo Deus diligeretur Deus propter bona ab eo distincta foret vitiosus gō amor spei seu ~~concupisc~~ concupiscentiæ ō ē ille a quo diligitur propter bona ab eo distincta gō amor spei ē ille quo Deus diligitur propter bonitatem relativam a Deo indistinctam gō amor puræ amicitiæ ut pote diversus ab amore concupiscentiæ ē ille quo Deus diligitur propter solam bonitatem absolutam.

Ins. Mi. amor quod diligeretur Deus propter ab eo distincta tanquam finem et ultimum objectum in cujus possessione tota felicitas reponeretur ex quo sola voluptas perciperetur foret vitiosus C. Mi. vitiosus foret amor Dei quo Deus diligeretur propter bonum ab eo distinctum ut medium et motivum quod ad amandum Deum excitet N. Mi. ā ille solus amor Dei foret vitiosus quo excluderetur dilectio Dei propter ejus perfectiones pulchritudinem at vero quisquis eum diligit propter bona a Deo indistincta ō idcirco detrectat

Deum amare propter ejus perfectiones.

et vero licet amare deum propter id quod juxta rationis nos ad Deum amandum excitare debet. atq. bona a Deo distincta nos ad Deum amandum juxta dictamen rationis excitare debet. ā Signum amoris Dei erga nos debet nos ad eum amandum excitare. atq. bona licet a Deo distincta sunt Signum amoris Dei erga nos licet amore alicujus erga nos delectari et consequenter eum redamare.

Et certe recta ratio postulat ut eum Diligamus qui ē Supremus omnium dominus qui vult ut ab ipso omnia flagitemus et expectemus qui propensus ē ad nobis benefaciendum recta ratio postulat ut eos diligamus qui de nobis bene meriti sunt et ut iis quantum in nobis ē amorem testificemur.

Ins. qui Deum amat propter bona ab eo distincta minus amat Deum quam hoc bona atq. vitiosus ē amor quo deus minus diligitur quam bona ab eo distincta.

Et certe vitiosus ē amor Dei qui ō refertur ad Deum ut ad solum objectum amatum sed ad bona ab eo distincta. atq. amor quo Deus amatur propter bona ab eo distincta ō refertur ad Deum tanquam ad solum objectum amatum sed ad bona ab eo distincta.

Res. 1º. N. Maj. ā ille tantum dici pt minus amare Deum quam bonum ab eo distinctum qui perpendit utriusque amabilitatem et post utriusque comparationem magis percipitur amabilitate boni ab eo distincti quam amabilitate Dei et judicat Deum ēē minus amabilem quam bonum ab eo distinctum. atq. qui amat Deum propter bonum ab eo distinctum ō perpendit utriusque amabilitatem sed abstrahit a bonitate Dei.

Et vero Deus amatur propter illud quod nos ad eum amandum excitat atq. quod nos ad amandum Deum excitat ō idcirco magis amatur quam Deus. forte prius amatur et noscitur ejus amabilitas quam amabilitas Dei sed ō ideo magis amatur postquam Dei amabilitas fuit comparata cum bonorum amabilitate. amatur bonum finitum et ō amatur Deus quia fit abstractio a Dei amabilitate seu quia ō considerantur ejus perfectiones sed qui amat bonum finitum instanti quo ō amat Deum quia ō considerat ejus perfectiones ō magis amat bonum finitum quam Deum. ā ea vox magis supponit utrius que comparationem.

Res. 2º. Dist. Maj. qui Deum amat propter bona ab eo distincta ut finem et motivum ultimum amoris minus amat Deum quam bona ab eo distincta C. Maj. qui deum amat propter bona ab eo distincta ut motivum proximum ō excludens motivum ulterius sumptum ab intrinseca amabilitate Dei. N. Maj. haec bona detegunt et manifestant in Deo dotes per se voluptatem excitantes atq. voluptas quae ex Dei dotum cognitione percipitur ē ultimum et licitum illius amoris motivum. amatur enim Deus propter se cum amatur propter voluptatem ex ipso perceptam. uno verbo duplex ē in praesenti casu motivum amoris Dei. motivum proximum et initiale ē voluptas ex donis percepta et motivum finale seu ultimum ē voluptas ex Deo percepta.

ad confirmationem Dist. Maj. vitiosus ē amor Dei qui ō refertur ad Deum tanquam ad solum objectum amatum sed ad bona a Deo distincta si ad haec bona referatur ut objectum beatitudinis

C. Maj. si referatur ad haec bona ut motivum excitans ad reponendam in possessione Dei beatitudinem ultimum et ad medium manifestans Dei amabilitatem et voluptatem quae ex ejus possessione percipitur N. Maj.

Propōo 3a

Possibile ē ut objectum ametur sine respectu explicito et reflexo in felicitatem.

Prob. ā possibile ē ut quis subito tactus et motu singulari quadam Dei perfectionum absolutarum pulchritudine et excellentia statim in earum amorem rapiamur neque deliberate reflectat in delectationem quam ex eo amore percipit, sic rapti cogitantur testes transfigurationis Christi et Sancti complures in extasi quoniam deliberatum reflexum in nos et felicitatem nostram ō concipitur purus apellatur a quibusdam.

Scolium Primum

Quaestio ē de nomine an actus amoris puri sit possibilis vel enim per actum amoris puri intelligitur ille quo amatur objectum sine respectu etiam implicito ad nostram felicitatem vel intelligitur ille quo objectum sine explicito et reflexo in nos intuitu amatur. Si primum, actus amoris puri ē impossibilis ā impossibile ē objectum amare nisi sub respectu sub quo parit voluptatem atq. amare objectum sub respectu sub quo demeritat ē illud amare sub respectu implicito ad propriam felicitatem objectum parit felicitatem quatenus voluptatem excitat. Si secundum, possibilis ē actus amoris puri ā fieri pt ut explicitum et reflexum motivum amoris quo diligitur objec-

tum ō sit quia illud ē nobis bonum fieri pt ut aliquis expendens curamet objectum et cur illud sibi videatur amabile sibi ō respondeat objectum illud ēē amabile quia suam in eo reperit felicitatem

Scolium Secundum

Voces entis absoluti et nobis boni amoris objecti propter bonitatem absolutam et relativam sunt aequivocae vel enim per ens absolute bonum intelligitur illud quod in se bonum ē spectatum seorsim a voluptate quam parit vel ens absolute bonum ex se parit voluptatem et dicitur absolutum quia consideratur seorsim a proprietate speciali qua nostram felicitatem constitueret si primum negamus objectum amari posse quia ē in se bonum nullum enim objectum amari pt nisi bonitatem in nobis excitet si secundum fatemur illud amari posse.

Pariter per ens nobis bonum vel illud intelligitur quod ē beneficum et constituens nostram felicitatem per aliquid a se distinctum vel quod per seipsum constituit felicitatem nostram ut objectum nostrae felicitatis vel generatum id intelligitur quod nos delectat et voluptatem in nobis excitat. si per ens nobis bonum intelligatur illud quod nos delectat et voluptatem in nobis excitat. dicimus nullum objectum amari posse nisi sit bonum. si vero per bonum intelligatur id quod habet propensionem ad nobis benefaciendum et constituendum nostram felicitatem contendimus amari posse objectum quid sit nobis bonum quia ut ametur objectum sufficit ut nos delectet

Articulus Secundus
De bono honesto

In hoc articulo agemus 1º de discrimine boni et mali moralis 2º de obligatione bonum faciendi et malum fugiendi 3º de incommodis atheismi

Paragraphus Primus
De Discrimine boni et mali moralis

Ostendemus 1º bonum et malum morale ō ex opinione sola convintione et instituto hominum differre. 2º discrimen boni et mali moralis ō ēē liberale voluntate institutum - 3º regulam et mensuram boni et mali liciti et illiciti ō ēē potestatem et utilitatem. 4º discrimen boni et mali moralis ēē fundatum in rerum natura

Propositio Prima

Bonum et malum morale ō ex opinione sola et institutis hominum inter se discrepant.

Prob. 1º Si bonum et malum morale inter se ō discreparent ex institutis hominum boni et mali moralis notiones essent mera hominum figmenta sola legislatorum voluntate et populorum consentione firmata omnia que essent ad mores indifferentia atq. hoc absurdum ē. Si enim omnia essent ex se ad mores

indifferentia jam principum decretis et populorum jussis furtum adulterium fraus proditio parricidium in jus possent constitui et cætera vitia civibus suis præscribere perinde ac virtutes oppositas possent principes jus jus eet latrocinare adulterare occidere mentiri testamenta supponere falsa. atq. hæc absurda sunt et a recta ratione aliena qo boni et mali moralis notiones o sunt hominum figmenta sola legislatorum voluntate et populorum consentione firmata

Secundò si bonum et malum morale o differrent nisi ex sola hominum conventione, ibi tantum actiones haberentur ut bonæ aut malæ ubi obtineret factum ad eas actiones habendas ut bonas aut malas atq. hoc e falsum. Sunt enim actiones quæ apud omnes gentes habentur ut malæ et semper habitæ sunt aliæ sunt quæ ubique habentur ut bonæ V. G. pietas in parentes amor patriæ in foederibus fides de beneficiis acceptis gratitudo et memoria sunt actiones quæ semper ubique et omnibus bonæ visæ sunt contra vero parricidia proditiones, perfidia ingrati animi sensus et in Deum blasphemia ubique mala reputata sunt et odio habita. atq. nullum e factum quod apud populos obtineat et semper obtinuerit qo sunt actiones bonæ et malæ independenter ab hominum conventione.

3°. gentes quæ sibi dare leges voluerunt concilia Philosophorum postulare consueverunt. atq. inutile fuisset concilia philosophorum expostulare ad leges statuendas si omnia essent ex se ad mores indifferentia et si totum discrimen liciti et illiciti penderet

4°. Si boni et mali moralis discrimen ex sola hominum institutione penderet quando controversia moveretur de bonitate aut malitia alicujus actionis hominum usus et instituta consulerentur atq. tamen alia regula consulitur, sola enim principia rationis consuluntur, et ex principiis sola ratione cognitis estimatur bonitas aut malitia actionis.

5°. quia nulla ratione probari pt existentia foederis inter homines instituti ad habendas quasdam actiones ut bonas, et alias ut malas assignari ō punt autores nec epoqua hujus conventionis.

6°. omnes homines etiam principes et legislatores experiuntur invincibiles conscientiae stimulos cum male agunt etiam occulte atq. si bonum et malum ō differrent nisi ex hominum institutis omnes etiam legislatores ō experirentur conscientiae stimulos nec iram dei vindicis timerent cum male agunt.

Obj. ut de justo et injusto possit judicari debet homo considerari in statu naturae antequam libet conventionem et societatem atq. in eo statu nil ē justum et injustum ex sua natura

Resp. 1°. ex. Maj. à statu naturae quem supponit Obesius ē fictitius si homo ab autore naturae sit conditus ad societatem et pro bono societatis. atq. res ita ē. à homini vix condito Deus mulierem sociavit ex quibus genus humanum originem ducere voluit atq. haec constitutio arguit hominem societatis causa ēē natum

Et vero Obesius vult hominem naturaliter ferri in domi-

nationem. dominatio subjectos importat. subjecti leges arguunt. leges cadere ō pūnt nisi in Societatem q̄o qui fertur naturaliter in dominationem fertur in Societatem ineundam

Resp. 2°. N. Mi. ā ante omnem conventionem si quis alium laedat vitam aut fortunam ei rapiendo ō ne injuriam illi inferet? certe de ejusmodi injuria sibi illata conquireretur Obesius.

Ins. ante Societatem et conventionem homo ad nulla tenetur officia erga alios q̄o in Statu naturae et ante conventionem et Societatem nihil ē justum et injustum ex sua natura

N. Ante. ā homo tenetur ad quaedam officia atq. si homo ad nulla teneretur ante conventionem neque etiam teneretur post conventionem in tantum enim quis teneretur ad quaedam officia post conventionem in quantum teneretur isti ~~conventioni stare~~ conventioni stare atq. si nulla esset lex naturalis dictans praemissis ēē standum jam homo ō teneretur ipsi stare convenientiam.

Et vero unde nam oriretur vis ea obligandi in conventione. si antecedenter ad conventionem nulla sit lex ~~nulla~~ nulla que vis obligandi q̄o si officia quae homo homini debet ō obligant ante omnem conventionem et contractum nec obligare poterunt post conventionem et contractum

Ins. in Statu naturae nulla fieret homini injuria q̄o in Statu naturae et ante conventionem homo ad nulla officia tenetur erga alios.

N. Ante ā ante omnem conventionem homo habet jus in

conservationem suae vitae qō si ipsi eripiatur vita illi infertur injuria.

Ins. tunc nulla erit injuria quando homo nihil alteri debebit. atq. homo positus in statu naturae ante conventionem nihil alteri debebit. debitum enim omne fundatur in conventionibus.

N. Mi. ad probationem Dist. debitum civile fundatur in conventionibus C. debitum naturale N. Ante.

Ins. utilitas quae ex conventione percipitur in ordine ad mutuam defensionem determinare debet homines ad conventionem observandam qō ad eam observandam ō ē necessaria lex naturalis.

N. Ante. si enim ut ita sola determinaret homines ad observandum pactum ō putarent se ad illud teneri quoties major utilitas oriretur ex conventione violata quam ex ea observata. atq. saepe contingit ut major utilitas privatis oriatur ex factorum violatione quam ex observatione sic miles V. G. tenetur ex conventione limita urbem sibi creditam deffendere ex cujus defensione exercitus et patriae salus pendet. atq. si sola utilitas propria esset regula ad cujus normam exigenda essent officia et ex qua penderet conventionum firmitas sane teneretur ille ~~patriae~~ vitae saluti consulere potius quam patriae aut exercitus incolumitati sublata enim lege naturali dictante bonum commune bonum totius praeponderare debere bono privato certe nihil foret in terris quod propriae vitae conservationi eēt anteponendum

Prōo 2a

Bonum et malum morale differunt etiam ante liberam Dei voluntatem

Prob. Si bonum et malum morale ō differrent ante Dei voluntatem omnes actiones ēent indifferentes atq. omnes actiones ō sunt ex se indifferentes. ā Si omnes actiones ēent indifferentes quam libet actionem imperare vel prohibere posset Deus. atq. Deus ō pt quamlibet actionem imperare vel prohibere v. G. contemptum et odium sui ā

1º Deus ō pt contradicere suae sapientiae atq. si odium sui imperaret Deus et sui amorem proscriberet sapientiae suae contradiceret quia sapientia dei ~~vel~~ vult ut ametur quod ē amabile sapientia Dei ō essentialiter recto ordini conformis rectus ordo postulat ut ametur quod ē essentialiter amore dignum et prohibet quominus odio habeatur objectum amabile

2º Deus se amat essentialiter atq. ō se amare essentialiter si odium sui imperare. Si enim odium sui imperaret vel se odio dignum arbitraretur vel induceret homines ad judicandum se ēe odio dignum atq. utrumque ē incompatibile cum amore quo se ipsum essentialiter prosequitur.

3º idem ō pt ēe simul et ō ēe atq. si Deus juberet contemptum et odium sui idem ēe posset simul et ō ēe tunc enim idem esset et ō esset quando eodem actu Deum honoraremus simul et inhonoraremus atq. si Deus contemptum sui imperaret uno et eodem actu nempe ejus jussui obedientes Deum honoraremus simul et inhonoraremus honoraremus quidem quia ejus imperio obsequium praestaremus ex amore et reverentia inhonoraremus vero si quidem ipsum ipso actu nostro formaliter contemneremus et odio haberemus ergo sunt actiones

quas deus jubere ō pt qō sunt actiones essentialiter malae aut bonae
Et verò si actiones ō essent bonae nec malae nisi propter Dei liberam
voluntatem bonitas aut malitia actionis ō possent cognosci nisi noscendo
liberum Dei Decretum atq. hoc falsum ē. Si enim bonitas et
malitia actionis ō possent cognosci nisi cognoscendo liberum Dei
decretum qui illud ignorarent pr quod liberandi decretum manifestatur
ō possent certo judicare actiones ēē bonas aut malas atq. hoc falsum ē
ā libera Dei Decreta ō cognosci pnt nisi pr revelationem. atq. tamen
res plurimae ab hominibus unanimi consensu bonae aut malae fuerunt
judicatae licet revelatione edocti ō fuerint quin de iis Deus insti-
tuerit
Et certe bonum et malum morale patente obvio differunt consequenter
ad liberam hominum et Dei institutionem atq. nisi bonum et malum
different antecedenter ad liberam hominum institutionem ō different
consequenter si vera sit V. G. haec prōō. malum ē refragari Dei vel
hominum institutis et iis obsequi bonum ē si inquam haec prōō ē vera
consequenter ad liberam Dei et hominum institutionem vera quoque ē
antecedenter ad eam institutionem ā si nihil bonum nec malum intelli-
gatur nisi vi institutionis Dei vel hominum, nulla ē causa unde moralis
malitia defluat in rebellium adversus Dei vel hominum instituta
et moralis bonitas in ~~hom~~ obsequium his institutis
Obj. 1º ante liberam institutionem creatoris qui rebus omnibus dedit
existentiam nihil ē qō nihil ē ex sua natura bonum et malum
Dist. Ante. Nihil ē actu existens ante liberam Dei actionem C. Ante.
nihil ē possibile in attributis suis consentiens N. Ante. ā antequam

libet institutionem concipi pt quaedam ee honesta et quaedam inhonesta sicut concipi pt quaedam ee vera et quaedam falsa.

Ins. actio o pt ee bona nec mala nisi quia conformis e alicui legi atq. ante divinam institutionem nulla e lex, nullum mandatum.

Dist. Mi. Nulla e lex positiva nullum mandatum positivum C. Mi nulla lex naturalis nullum mandatum naturale N. Mi.

Obj. 2º Constat exemplis consequenter ad Dei voluntatem vel arbitrariam hominum consensionem ~~res evasisse~~ res malas evasisse quae prius censebantur indifferentes V. G. comestura carnis suillae propter arbitrariam Dei prohibitionem apud judeos illicita fuit esus carnium apud christianos die veneris et ~~sapp~~ sabbati e illicitus propter prohibitionem factam ab ecclesia go dici pt malum et bonum o differre nisi consequenter ad Dei institutionem.

Dist. Cons. bonum aliquod o differt a malo nisi propter arbitrariam Dei institutionem C. nullum bonum differt a malo nisi propter arbitrariam Dei voluntatem. N. consequenti. fateor quasdam ee actiones quae ex indifferentibus male aut etiam aliquando bone fieri intelliguntur propter hominum institutionem, sed o inde sequitur idem dicendum ee de bono et malo morali. ideo enim praedictae actiones ex indifferentibus bone aut male fieri intelliguntur propter hominum institutionem quia prius ex se bonum ee intelligitur obsequi institutionibus Dei aut hominum go tantum abest ut ejusmodi ~~argu~~ exempla sint argumentum boni et mali moralis discrimen fundari in hominum vel Dei institutis ut contra supponant bonum et malum morale

differre obsequium que legibus ēē bonum inobedientiam vero et violationem legum ēē malam.

Existimandum ō ē naturam harum actionum quae fiunt malae aut bonae ex indifferentibus multa vi. id enim ferebat ipsarum natura ut accedente lege fierent aut bonae aut malae verum sunt alae actiones tales ut recte maneant vel grave quaecumque lex accedat sic v. g. etiam si Deus (per impossibile) prohiberet amorem sui et odium sui imperaret amor Dei ēēt bonus et odium ēēt malum

Prōō 3a

Discrimen boni et mali moralis ō oritur ab utilitate.

Prob. 1o ā si discrimen boni et mali moralis oriretur ab utilitate ea tantum facienda et probanda visa fuissent hominibus unanimi consensu quae omnium hominum et populorum commodo servirent ea vero fugienda et improbanda quae totius humani generis commodo nocerent atq. hoc falsum ē

2o. si utilitas ēēt sola regula boni et mali nullae actiones probatae vel improbatae ab hominibus fuissent praeter illas quae societatis et generis humani commodum respiciunt. atq. hoc falsum ē ā multa sunt quae spectant ad Deum ab hominibus probata vel improbata

3o. quia actus quibus commodum privatum anteponitur publico et praeferendum judicatur nequaquam ponderari possunt et aestimari ex utilitate

4o. illud ō ē regula boni et mali ad quod referre ō possumus

quaecumque sive deo sive nobis sive aliis debemus. atq. ad utilitatem ~~proferre~~ referre ō possumus quaecumque sive Deo sive nobis sive aliis Debemus. ā justum ē Deum admirari venerari et timere, propter summam ejus excellentiam, aequitatem et sapientiam: justum ē gratum animum gerere erga benefactores. justum ē interno amore virtutem prosequi et odio interno vitium habere, licet inde nulla in nos redundet utilitas.

5º Si utilitas esset sola mensura boni et mali moralis nihil esset licitum nec illicitum sed omnia essent indifferentia respectu illius cui nihil utile ēē posset atq. hoc absurdum ē. omnia ō sunt indifferentia respectu Dei. atq. tamen nihil ē utile respectu Dei siquidem sibi ipsi sufficit

6º Si utilitas ēēt regula et mensura Boni illud omne esset justum quod foret utile et vicissim atq. hoc ē falsum ā quod justum ē aliosaepe respicit illud que sine culpa omittere ō possumus, V. G. justum ē alteri eripere bonum laboribus partum quod que ad propriam vel familiae vitam sustentandam prorsus necessarium ē illi inquam eripere ut raptum voluptatibus liberius indulgeat. contra vero quod ē utile nos solos respicit ei que dēē possumus sine culpa

7º. idem ō pt ēē justum et injustum. atq. idem ēē posset justum et injustum si utilitas esset regula justi et injusti quia quod ē utile uni, alteri saepe saepius ē inutile aut etiam noscivum

8º. Cum propriae utilitatis quilibet sit judex justa unus quisque ea censebit quae in rem suam sedent ḡo pro varia indole patria

pro ingenio varias sibi quisque finget utilitates varias justitiae regulas et cuilibet licebit in turpissimis ac nefandis criminibus utilitatem suam reponere quod omnem justitiam radicibus evellit.

Obj. utilitas ē mensura boni et mali si homo licite pt facere quid quid propriae utilitati videtur consentaneum atq. homo licite pt facere quidquid utilitati videtur consentaneum

N. Mi. ē prodere patriam parentes occidere aliquando videtur consentaneum propriae utilitati atq. tamen homo nunquam licite pt patriam prodere parentes occidere.

Ins. homo habet innatam propensionem ad suam conservationem et felicitatem. atq. qui habet invincibilem propensionem ad suam conservationem et felicitatem licite pt facere quidquid propriae utilitati et conservationi videtur consentaneum.

N. Mi. . . .

Ins. qui habet jus ac finem pariter jus habet ad media quae judicat necessaria ad finem assequendum qo homo licite pt quid quid propriae utilitati consentaneum ēē videtur.

Dist. ante. qui habet jus ad finem jus habet ad media salvo jure alterius C. ō salvo jure alterius N. Ante. ut salvum ēē possit jus nostrum alterius jura salva ēē debent

Praeterea quod videtur consentaneum propriae utilitati confert ad felicitatem transeuntem apparentem et parum honestam. atq. felicitas apparens transiens et inhonesta ō ē vera felicitas ad quam homo tendere debet siquidem existit Deus virtutis remunerator

gō nihil ē vere utile nisi justum et ordini conforme

Propōo 4a

Justi et injusti origo repeti ō pt ex potestate ad Sensum Spinosæ.

Prob. Si origo justi et injusti repeti posset ex potestate ad Sensum Spinosæ mensura liciti foret ipsa mensura et amplitudo potestatis atq. hoc absurdum ē. ā ex eo quod aliquis possit alterum occidere adulterare &c. ō sequitur hæc ēē licita quippe tantum abē ut libera potestas ad hæc perpetranda eorum reddat licitam permissionem ut contra quicumque hæc libera potestate committit reprehensione dignus communi judicio censeatur.

Obj. 1o. juris mensura sequitur amplitudinem potestatis si datur jus ad id omne quod possumus. atq. datur jus ad id omne quod possumus. N. Mi. ā aliquando possumus mentiri parentes occidere fidem violare. atq. tamen ad hæc jus ō habemus

Ins. idcirco Deus habet jus in omnia, quia dei infinita potestas ē gō datur jus ad id quod possumus.

Resp. 1o. transeat Ante. quia suppant absurdum nempe Deum habere jus ad omnia. Deus ē perfectus atq. ō ēet perfectus, si haberet jus ad omnia, si enim Deus haberet jus ad omnia jus haberet ad creaturas innocentes cruciandas atq. Deus ō ēet perfectus si cruciaret creaturas innocentes.

Resp. 2o. N. conse. et pari. Rāo disparitatis ē quod Dei potentia nulli alteri potestati sit subjecta contra vero potestas creaturarum divinæ subjicitur gō licet Deus ob infinitatem suæ potestatis haberet

ad omnia ō inde concludendum foret nos habere jus ad id quod possumus.

Obj. 2º illusiora foret ea potestas cujus licitum ō eēt exercitium v. g. nugatorie rei alicujus potestatem princeps subdito concederet si ejusdem potestatis exercitium prohiberet q̄o in vanum natura nobis dedisset potestatem hujus exercitium ab ipsa natura prohiberetur.

N. Ante. illa potestas ō ē vana quae locum laudis adipiscenda atq. potestas cujus exercitium ō ē licitum locum praebet laudis adipiscendae. Si enim ē contrario ad licita tantum potestatem haberent homines necessitarentur ad bonum faciendum nec proinde essent merendi capaces.

Ad probaōnem N. Ante. si princeps ad probandam fidelitatem subditi sineret ut subditus aliquis posset quod aliunde prohiberet nugari ō censeretur princeps fidelitatis subditi experimentum capiens

Propōo 5ª

Justi et injusti origo ō repeti p̄t ex cupiditatibus

Prob. Si justi et injusti origo repeteretur ex cupiditatibus quid quid faveret cupiditatibus turpissimis eēt licitum et quod illis adversaretur eēt illicitum atq. hoc absurdum ē et horrendum dictu.

Obj. 1º Justi et injusti origo repeti debet ex cupiditatibus si quid quid jucundum ē et appetitum delectat sit licitum atq. quod jucundum ē et appetitum delectat eo ipso ē licitum

N. Mi. ā si quid quid delectat eo ipso eēt licitum licita eēnt homicidia furta &c. modo pariant voluptatem atq. hoc absurdum ē

Jus. homo quilibet natus ē ad voluptatem q̄o quid quid delectat

eo ipso ē licitum.

Dist. Ante. homo natus ē ad voluptatem honestam et rationi conformem C. Ante ad voluptatem turpem et falsam felicitatem rāoni adversam N. Ante. ā hujusmodi felicitas indecora parit delectationem quam insequitur remordentis conscientiæ tumultus famæ detrimentum amicitiæ Dei jactura et alia quæ potius fugienda sunt quam conquirenda et a vera sola que felicitate deterrent.

Obj. 2º. Si quid quid ē jucundum ō ēet licitum ea fugere teneremur ad quæ naturalem habemus propensionem atq. hoc falsum ē

N. Mi sunt propensiones deordinatæ et nitimur in vetitum

Ins. Sibi repugnans ēē ō pt hominum natura atq. sibi contradictoria ō ēet hominum natura si ea fugere teneremur ad quæ haberemus propensionem.

N. Mi. ā propensio quam habemus in res voluptarias ō ē invincibilis sed corrigi pt. sæpissime ad actus inconsideratos plerique omnes inclinamur atq. fatentur adversarii discrimen ēē prudentiam inter et temeritatem certas que ēē prudentiæ notas sed leges

Prōo 6ª

Datur essentiale discrimen bonum inter et malum morale.

Argumentum Primum

Duplicis generis distinguuntur judicia nempe judicia speculativa et judicia prattica.

Judicia speculativa sunt ea quæ nullam habent relationem ad nostras actiones. quæ ō dicunt quid agendum et fugiendum sit judicia prattica sunt ea quæ exprimunt morum regulas quæ dicunt

quid sit agendum et fugiendum quae exprimunt quae Deo aliis et nobis debemus. quibus praemissis sic argumentor datur discrimen essentiale inter bonum et malum morale si sint judicia prattica exprimentia quid Deo proximo et nobis ipsis debeamus essentialiter vera atq. sunt judicia prattica exprimentia quid Deo proximo et nobis debeamus essentialiter vera ea enim judicia sunt essentialiter vera quae deducuntur ex judiciis speculativis veris ex sua natura atq. judicia prattica exprimentia quid Deo proximo et nobis debeamus evidenter deducuntur ex judiciis speculativis veris ex sua natura ā

1º. vera sunt ex sua natura et judicia speculativa Deus ē summe bonus humanae sortis arbiter summe justus. superior omnibus creaturis solum objectum quod homines beare possit q̄o haec ista judicia prattica Deus ē omnibus anteponendus, amandus timendus invocandus totaque in eo spes ex fiducia reponenda ē

2º. verum ē ex sua naturâ hoc judicium speculativum. homo se ipsum necessario amat q̄o et istud judicium pratticum, homo debet alios homines ut pote sui similes amare et illis quantum pt bene facere

Praeterea aliis hominibus indiget q̄o amore proprio impellitur ad illis faciendum quod in simili casu sibi fieri vellet.

3º. ex hoc judicio speculativo homo se ipsum essentialiter amat sic etiam concluditur majus bonum praeferre minori debemus leve incommodum pati ut maximum malum devitemus mediumque incommodum tolerare ut ad majus bonum perveniamus q̄o ex judiciis speculativis veris ex sua natura concluditur quid Deo proximo et nobis debeamus q̄o sunt judicia prattica essentialiter vera q̄o datur essentiale

discrimen inter bonum et malum morale

Argumentum Secundum

Si ō ēēt essentiale discrimen inter bonum et malum morale licitum esset ō obsequi propensioni quam habemus ad quasdam actiones approbandas et alias improbandas atq. ō licet ō obsequi propensioni quam habemus ad quasdam actiones approbandas et alias improbandas ad hoc enim Deo sufficiunt, 1º ut innatam propensionem habeamus ad quasdam actiones approbandas et alias improbandas

2º ut ō licet ō obsequi propensioni naturali atq.

1º naturalem et invincibilem habemus propensionem ad quasdam actiones approbandas et alias improbandas. ā homines ita sunt ex suae essentiae conditione comparati ut se ipsos necessario diligant ut nequeant ō approbare pietatem in parentes ~~atq~~ gratitudinem animi in benefactores et ō improbare parentum et benefactorum odium

Et certe Dei excellentiam ō possumus tanti ō estimare ut ejus praestantiam quisque ō admiretur ac ejus dotes, si pares habere liceret quodam modo ō invideret contra vero si Dei proprietates ēent his omnino oppositae nemo illum ō aversaretur nullus ei dissimilem se ēē ō cuperet

gō insuperabili et naturali propensione quaerimur ad amorem quarumdam perfectionum et ad odium aliarum

2º. ō licet ō obsequi propensioni naturali quam habemus ad alias actiones approbandas et alias improbandas. si enim homo ejus modi dispositionibus ō obediret per actus suos homo contemneret id ad cujus

approbationem naturali propensione moveretur, et vicissim per actus suos approbaret quod naturali impulsione aspernaretur et vituperaret atq. hoc absurdum ē ā sibi contraria et repugnans ēē ō pt hominis natura atq. hominis natura ēet sibi contradictoria si homo ingenitas sibi et insuperabiles dispositiones in operibus suis ō sequeretur. gō ō licet ō obsequi propensioni naturali et invincibili propensioni quam habemus ad quasdam actiones approbandas et alias improbandas gō bonum et malum morale differunt essentialiter

Argumentum tertium

illae actiones sunt essentialiter bonae quas sola ratio dictat ēē bonas Mae e contra actiones sunt essentialiter malae quas sola ratio dictat ēē malas atq. sunt actiones quas sola rāo dictat ēē bonas, sunt aliae actiones quas sola rāo dictat ēē malas ā sola rāo dictat ēē bonas actiones quas sola natura duce tum in nobis tum in aliis etiam nobis infensis approbamus. illas e contra malas ēē docet ratio quam eadem natura duce tum in nobis tum in aliis reprobamus. atq. sunt actiones hujus modi.

Et vero saepe saepius ratio dictat aliquid ēē faciendum et aliquid ēē fugiendum atq. illud ē bonum essentialiter quod ratio dictat ēē faciendum et illud ē malum quod ratio dictat ēē fugiendum - ā ratio debet ēē regula omnium actionum nostrarum alioquin esset inutilis.

Et certe in speculativis debemus sequi rationem gō et in practicis praeterea vel actiones sunt conformes rectae rationi vel sunt ipsi difformes si posterius: jam malae sunt, tunc enim homo agit

contra propriam naturam se ipsum dehonestat ac infra bellu-
arum conditionem deprimit. quæ omnia sane mala ēē nemo nega-
verit si rectæ rāoni sunt conformes jam bonæ sunt tunc enim
homo agit juxta suam naturam gō actiones sunt vel essentialiter
bonæ vel essentialiter malæ

Argumentum 4um

Illud ē essentiale quod omnium temporum, regionum que populi
sola evidentiæ luce impulsi agnoverunt atq. omnium temporum,
regionum que populi sola evidentia pulsi agnoverunt discrimen
inter bonum et malum morale.

1º quidem Populi omnium temporum et regionum agnoverunt
discrimen inter bonum et malum morale ā omnes homines profi-
tentur semper que professi sunt fidem in promissis servandis,
animum beneficii accepti memorem probitatem pietatem in parentes
et patriam amorem Dei totidem ēē bona quæ laudem ex sua
natura mereantur et veluti extorqueant, contra vero parricidia men-
dacia fraudes proditiones, aut odium et blasphemium Dei totidem
ēē mala supliciis digna. 2º. illud discrimen agnoverunt populi sola
evidentiæ luce impulsi populi enim illud agnoverunt unanimi consensu
impulsi a quo admittendo deterrent momenta quæ valent apud
homines. atq. ab admittendo discrimine essentiali inter bonum et
malum morale deterrent momenta quæ maxime valent. vis enim
cupiditatum desiderium liberioris vivendi licentiæ intestinæ pacis
animæ exoptatio sunt momenta quæ valent apud omnes homi-
nes. atq. vis cupiditatum desiderium liberioris vivendi licentiæ

intestinae pacis animae exoptatio deterrent ab admittendo discrimine essentiali inter bonum et malum morale ~~hinc~~ haec enim momenta deterrent ab admittendo eo discrimine essentiali inter bonum et malum morale quod obsequio cupiditatum dedecus inuerit quod virendi libertatem coercet continuis et mordacibus conscientiae stimulis libidinosos homines excruciat. atq. talis ē sententia quae admittit essentiale discrimen inter bonum et malum morale

Argumentum 5um

Existit essentiale discrimen inter bonum et malum morale si homines certo judicent et quidem necessario quaedam ēē bona quaedam mala atq. nullus dubitare pt inter varias hominum actiones quasdam ēē ~~bonas~~ malas, sicut enim quisque vestrum percipit inter varia judicia, quaedam ēē vera quaedam falsa ita et quisque vestrum percipit in praxi quaedam ēē bona quae agere debeamus et quaedam mala quae vitare debeamus sic nemo ō persentiscit hujus modi principii veritatem alteri ne feceris quod tibi fieri ō vis. illud expresse fatetur ipsemet obbius an Deus sit amandus. inquit, timendus et colendus an de eo honorifice sentiendum sit dubitari ō pt; lex ē naturalis factis standum ēē leges civiles ēē observandas modo ō sint latae in contumeliam Dei

Argumentum 6um

Essentiale ē Discrimen inter bonum et malum morale si ō minus differunt quam verum aut falsum. atq. bonum et malum morale ō minus magis differunt quam verum et falsum ideo verum et falsum differunt quia quaedam ideae

ita conveniunt aut repugnant secum invicem ut ō possint
ō repugnare nec convenire atq. in ordine morali sunt res ita
connexe ut ō possint disjungi et sunt aliae ita repugnantes
ut secum jungi nequeant. Sic se habent amor dium amori ira
convenit cum amabili ut ō possit cum eo disconvenire et
e contra odium ita repugnat cum amabili ut ō possit ei
convenire

Et certe tam bonum et malum morale differunt quam verum
et falsum. Si quemadmodum ~~verum et falsum~~ propos suam
habent veritatem aut falsitatem ex se et antecedenter ad
hominum arbitrium. Sic actiones suam habent honestatem
independenter ab hominum opinione. atq. Sicut propos suam
habent veritatem et falsitatem ex se antecedenter ad homi-
num arbitrium ita et actiones suam habent honestatem
independenter ab hominum opinione. a prō practica id ē quae
nunciat aliquid ēe fugiendum necessario vera ē aut falsa
independenter ab hominum opinione.

Et vero sunt in rerum natura res et personae essentialiter di-
versae res et personae essentialiter diversae habent relationes
essentialiter diversas relationes essentialiter diversas essentialiter
involvunt convenientias vel disconvenientias ergo in rerum natura
sunt convenientiae vel disconvenientiae cum rebus vel personis ergo
sunt in rerum natura actiones quae si fiant essentialiter con-
veniunt vel disconveniunt cum statu personarum atq. Tales
actiones sunt essentialiter bonae vel malae. bonae si ō congruant

cum conditione personarum malæ si huic statui et naturæ repugnant sic quia homo ē inferior Deo et quia essentialis reperitur convenientia inter dependentiam et inferioritatem conveniens ē hominem Deo subjici mala que cēt actio hominis quæ deo ō subjiceretur

Præterea nullus ē fur qui furem æquo animo patiatur nullus ē avarus qui tanta exardescat avaritia aut eo effrenata abripiatur cupiditate ut eamdem illam rem quam ex scelere tentat ō magis velit etiam omni impunitate proposita puris manibus prensare; nullus qui ō velit nequitiæ præmiis sine nequitia potiri, qō persuasum ē omnibus etiam antecedenter ad omnem conventionem cē discrimen inter bonum et malum morale qō datur discrimen inter bonum et malum morale

Obj. 1° illud ō ē essentiale sed fundatum in hominum opinione quod ortum ex præjudiciis et educatione. atq. Distinctio boni et mali moralis ortum habet ex educatione

N. Mi. Si enim distinctio boni et mali moralis ortum haberet ex educatione successio temporum varia gentium commoda Nationum secum commercia opposita hominum inclinationes eadem ~~qu~~ inducerent mutationem in principiis legis naturalis ab ineducatione, legibus atq. falsum consequens.

Ins. quod pro varia populorum educatione variis que eorum moribus bonum aliis aliis malum videtur illud ex educatione ortum habet quia natura idem inspirat v. g. vitam conservare, uti.

alimentis contra famem et indumentis. atq. talis ē distinctio inter bonum et malum morale. ā quod alii ut bonum approbant alii ut malum improbant Deo

Dis. Mi distinctio boni et mali moralis varia ē apud varias gentes circa applicationem primorum principiorum legis naturalis et conclusiones deductas ex primis principiis C. Mi circa prima principia N. Mi nunquam lege nequit legem violare ~~proxinde~~ parta pro principia ethica ō minus constant quam principia logicae nec minus clarum ē et perspicuum ē opus obsequi rationi in agendo quam adhaerendo veritati in disserendo.

Ins. furtum parricidium &c. repugnant primis legis naturalis principiis atq. varia de iis apud veteres fuit opinio.

N. Mi. de his enim nunquam fuit varia apud veteres opinio quae nunquam in se fuerunt approbata tanquam bona aut habita tanquam indifferentia atq. praedicta flagitia ō in se et absolute sumpta fuerunt approbata aut habita ut indifferentia alioquin scelera approbari aut permitti pariter debuissent

Ins. apud eos varia fuit opinio de furto et aliis flagitiis qui ō solum ea flagitia ut licita habuerunt sed ut bona duxerunt. atq. fuerunt populi qui furtum homicidium ut bona jusserunt;

ā apud lacedemonios furtum erat licitum et laudabile apud scitas lex erat de advenis trucidandis Plato in suis de Republica libris jubet parvulos a nativitate male conformatos occidi Judaei Deo jubente spoliarunt aegiptios quod certe fieri noluissent.

Dist. Maj. apud eos varia fuit de furto homicidio &c. qui ea

ut bona jusserunt in se absolute considerata et ex intentione negandi legis naturalis principia C. Maj. qui ea ut bona jusserunt relative sumpta et per applicationem principiorum legis naturalis absque intentione negandi prima principia sed ex intentione ea observandi et N. Maj. porro populi praedicti furtum aliaque flagitia ō approbarunt in se et absolute sumpta nec intentionem habuerunt negandi primaria legis naturalis principia ea tantum permiserunt intuitu boni communis gravioris mali advertendi aut majoris utilitatis procurandae causa cui malum istud inservire videbant ut medicus leve malum effert aegrotae ut a periculosiori eum tueatur

Sic V. G. lex quae permittebat junioribus subripere aliorum res data a Licurgo ad excitandam civium vigilantium et ad adolescentium tuendam industriam et ut discerent ad quae vitia nocta vigilare interdiu fallere struere insidias exploratores habere et sic adulti belli essent utiliores quamvis sit ridicula injusta ō fuit ā leges circa bonorum proprietatem ō sunt immutabiles nec illae subdolae subreptiones crimen habebant furti cum lex ista facta fuerit consensu civium unus quisque de suo jure cessisse putandus ē respublica rei comodo ablatae in offerentem transferebat dominium sed nunquam fuit lege aliqua permissa capere et bona sua tuentem occidere Citar hospites et advenas inclementes et truculenti diis mactabant quia eos ut totidem regionis exploratores et inimicos considerabant sic

ratiocinabantur hostes exploratores patriae licet occidere atq. omnes advenae sunt hostes et insidiosi exploratores patriae ergo licet eos occidere verum erat principium sed insana applicatio massagetae et Padei gratum putabant se animum erga parentes exhibere eos illata nece a se nec tutis incommodis liberando idem que triste ministerium a filiis praestari sibi cupiebant sic ratiocinabantur illud omne bonum parentibus procurandum est quod possumus atq. parentibus aut aegrotis aut senio confectis mors est bonum; est enim dolorum finis: ergo mortem iis procurare debemus simili publicae utilitatis consideratione ducti foetus male conformatos aut negligere aut perimere praeceperunt ex politicis ob nulli ne civibus aut deformibus aut inutilibus obrueretur respublica

Quod additur de judaeorum facto explicatur israelitae aegyptios quod sibi fieri noluissent sed velle debuissent C. nec velle debuissent S. Nego. a 1º. cum Deus israelitis jusserit bonis aegyptios spoliare Deus quae sit largitor bonorum omnium summus in simili casu eamdem expoliationem ob illibenter puti debuissent hebrei 2º. sine mercede israelitae operam restiterunt maximam hebri et quia ob ~~del~~ ipsos delita mercede defraudari imperavit Deus ut ex mutuata ab aegyptiis supellectile sarcinam sibi conflaverint, nec illud in simili casu denegare hebraei debuissent. ut de bonitate et malitia actionum feratur judicium ob tam attendendum est ad paucorum opinionem ad depravatos aliquorum populorum mores et usus, quam ad naturam rerum et ad cognitionem omnium et ad communem populorum sensum iniquum foret ut in negotio boni et mali moralis moveret insipientia

paucorum hominum qui nihil vere hominis habebant praeter figuram

Obj. 2º discrimen essentiale inter bonum et malum morale supponit prima principia practica quae sint evidentia atq. nulla sunt prima principia practica quae sint evidentia

N. Mi. ē evidentia sunt haec principia. alteri ō feceris quod tibi fieri ō vis standum ē praemissis. parentes sunt honorandi. atq. haec principia sunt practica

Ins. ea principia ō sunt evidentia quae pūnt negari sine contradictione atq. nulla sunt prima principia practica quae ō pūnt negari sine contradictione.

N. Mi. neget enim aliquis virtutem ēē amandam vitium ēē fugiendum, virtutis et vitii proprietates ex ipsarum natura fluentes ipsas que ideas quantum in se ē destruit, et in ~~civilem~~ similem contradictionem incidit. atq. negaret totum ēē majus sua parte.

Et vero qui negat boni et mali discrimen statuit quaecumque possumus ēē licita. atq. qui statuit quaecumque possumus ēē licita in manifestam contradictionem labitur is enim jura juribus contraria agnoscit, fatetur eum qui vitam mihi offerre posset ad eam auferendam jus habere, dum ego ad eam conservandam si possim jus haberem, atq. evidens ē ista sibi prorsus ēē contraria.

Et certe qui negat boni et mali distinctionem naturam humanam ex repugnantibus attributis conflatam intelligit

et tamen confiteri tenetur rerum naturam ex summa consentione proprietatum resultare ergo sibimet ipsi contradicit qui negat distinctionem boni et mali moralis

Ins. ea principia possunt negari sine contradictione quae sunt exceptioni obnoxia atq. prima principia sunt exceptioni et mutationi obnoxia sic V. G. ō suum semper unicuique reddendum ē ō semper standum ē promissis.

Resp. 1º Dist. Maj. si exceptiones ō sint partes horum principiorum C. Maj. secus N. Maj.

Resp. 2º N. Mi. ā principia quae suas continent exceptiones ō sunt mutabilia nec proprie loquenda obnoxia exceptionibus atq. principia legis naturalis continent suas exceptiones seu ut rectius dicam illae exceptiones sunt potius partes principii quam exceptiones ab illo ā illud axioma quod dictat promissis standum ēē simul statuit neminem teneri promisso cujus executio foret rei publicae aut ecclesiae eversiva

Ins. exceptiones in geometricis et in metaphysicis importarent incertitudinem in earum rerum principiis si V. G. aliquod totum ō ēēt majus suâ parte, ergo a pari exceptiones in moralibus important incertitudinem in principiis moralibus.

N. Conse et paritatem. ratio ē quod axiomata geometrica ~~illuda~~ inunda consistant contemplatione in se seorsim a loco a tempore et personis considerentur. ~~at~~ nullam in objecto istam mutationem efficiunt nihil ad illorum veritatem aut falsitatem conferunt. ad veritates ethicae cum opus tendunt

et hominum dirigunt habita ratione loci temporis et personarum porro cum ista sint mutationi obnoxia sequitur ō ipsa principia sed conclusiones remotas vel potius principiorum applicationem pro variis circumstantiis ēē debere quibusdam in rebus adeo que quod uno tempore expedit fieri alio praestat omitti V. G. sit notissimum hoc axioma suum cuique reddendum ē qui de hujus principii veritate persuasus existimaret idcirco ensem furioso ēē reddendum et reipsa redderet male ageret ō ex ignorantia principii, sed defectu sufficientis attentionis ad circumstantias et alia principia juris naturalis quibus vetatur de ne malum cuipiam inferatur et praecipitur bono communi ēē consulendum.

Notandum ē hoc axioma reddendum ē unicuique quod suum ē negari ō posse sine manifesta contradictione, si enim ipsius ē gō jus illud habet gō jus idem alteri ō convenit alias res eadem tibi simul ēēt et alteri sic que admitteretur contradictio ā jus oppositum in unam rem competeret quod ita contradictionem involvit ac si assereretur idem ēē et ō ēē ā jus completum unius in suo conceptu includit negationem juris in quo libet alio, V. G. si unus quisque jus habeat ad propriam vitam et ad se tuendum nulli competere pt jus vitae illius offerendae gō eo ipso quo aliquis habet jus in aliquod bonum nullus alius jus habet bonum gō reddendum ē unicuique quod suum ē et qui illud negaret statueret

jura contraria competere in idem objectum qo principia prattica ō pnt negari sine contradictione

Obj. 3º illud ō ē admittendum quo admisso brevi nasceretur regnorum perturbatio. atq. admisso essentiali discrimine inter bonum et malum morale reminasceretur regnorum perturbatio.

N. Mi. Discrimen essentiale inter bonum et malum morale ē vinculum societatis eo que sublato nulla ēet principum autoritas, nulla vis legislativa nulla obligatio parendi legibus omnia que essent ex se licita

Ins. brevi Nasceretur regnorum perturbatio, si privati possent judicare ō ēē parendum legibus atq. admisso discrimine inter bonum et malum morale privati possent judicare ō ēē parendum legibus.

N. Mi ā admisso discrimine inter bonum et malum sunt actionum regulae ad quas homines actiones suas exigere tenentur atq. qui suas actiones ad immutabiles actionum regulas ad ordinem immutabilem exigit ō pt judicare, saltem si recte judicet ō ēē parendum legibus siquidem principum autoritas fundatur in actionum regulis

Ins. tunc privati possent judicare ō ēē parendum legibus cum leges a principibus late et promulgate possent proprio singulorum examini subjici atq. admisso discrimine

inter bonum et malum morale leges a regibus latæ
et promulgatæ possent propio singulorum examini subjici.
Resp. 1º Dist. Maj. Si in hipotesi contraria nempe
sublato discrimine inter bonum et malum morale ō possent
rejici etiam absque ullo examine leges civiles C. Maj.
Si sublato essentiali discrimine inter bonum et malum
morale, leges civiles possent rejici etiam sine ullo examine
ex. Maj. porro sublato prædicto discrimine leges civiles
possent rejici etiam sine ullo examine si quidem omnia
essent licita ac indifferentia
Resp. 2º ex. Maj. examen legum ō ē sens perturbationis
requirum si parendum sit legibus sive sint justæ sive
ō sint justæ atq. recta ē
Resp. 3º. Dist. Maj. tunc privati possent judicare ō ēē
parendum legibus cum leges a principibus latæ possent
propio singulorum examini subjici, ad dignoscendum
in quolibet casu utrum leges sint justæ et utrum legibus
sit parendum C. Maj. ad dignoscendum utrum leges
civiles ō sint legi naturali contrariæ. porro admisso
quæ dicto discrimine leges civiles possent quidem propio
singulorum examini subjici ad dignoscendum utrum legi
naturali ō sint evidenter contrariæ ō vero ad dignoscendum
generatim utrum parendum sit legibus etiam in hipotesi

quod ō sint contrariae legi naturali homo enim tenetur legibus subjicere quoties ō videt evidenter eam ēē injustam et legi naturali contrariam.

Inst. leges privato singulorum examini pūnt subjici quando nemo tenetur obedire principum legibus nisi prius percipiantur consona legi naturae atq. admisso discrimine inter bonum et malum morale nemo tenetur obedire jussis principum, nisi prius percipiantur consona legi naturae

N. Mi. lex enim ē naturalis leges civiles ēē observandas quoties ō sunt evidenter contrariae legi naturae

Inst Nemo tenetur obedire jussis principum nisi vident ea ēē justa atq. haec mandata ō pūnt ēē justa nisi sint consona legi naturae

N. Maj. Quoties homo clare ō percipit injustitiam legis ei tenetur obtemperare et lex presumenda ē justa praesumptio enim ē pro principe, et legislatore quoties contrarium evidenter ō percipitur

Obj 4° Si bonum a malo essentialiter distingueretur boni mali que fines possent secerni, alioquin adimpossibile astringi possemus atq. tamen boni mali que fines ō pūnt secerni ut constat ex hominum dissensionibus circa eorundem actuum bonitatem et malitiam et ex legislatorum praeceptis quae sunt a diametro opposita

Dist. Maj. boni malique fines possent secerni in rebus magni momenti C. Maj. in omnibus casibus N. Maj. Si enim ad asserendum essentiale discrimen ee inter bonum et malum morale utriusque fines cognosci deberent pariter ad asserendum discrimen ee inter verum et falsum noscendum eet in singulibus casibus quid eet verum quid falsum atq. hoc absurdum e alioquin nihil certo nosci posset.

Porro in quibusdam casibus dificilibus quid sit bonum quid malum facile determinari pt. N. quod in rebus magni momenti bonum a malo secerni o possit. Nil e V. G. manifestum magis quam fidem inservandis praemissis rectam eo perfidiam vero et parricidiam ee omnium execratione dignum.

Caetera in rebus dificilibus qui agendum sit determinari pt tutior enim pars e amplectenda in hoc casu relicta ea parte quae favet cupiditati et libertati

Obj. 5.° Si quid eet essentiale discrimen inter bonum et malum certe odium Dei eet essentialiter malum atq. odium Dei o e malum illud enim o e essentialiter malum ad quod Deus Daemones necessitat. atq. Deus daemones necessitat ad odium Dei.

Resp. 1.° Dist. Mi. odium Dei o e essentialiter malum extra hipotesim legis C. Mi. intra hipotesim legis N. Mi. odium Dei spectatum intra hipotesim legis o odium

Dei Spectatum in ente quod legi subjicitur. odium dei Spectatum extra hipotesim legis ē odium Dei Spectatum in ente quod regit propter defectum libertatis o subjicitur sed Spectatur physicè.

Porro odium Dei ō ē essentialiter malum in ente quod legi odium Dei vetanti ō subjiceretur propter defectum libertatis porro Daemones libertate carent gō constituuntur extra ordinem moralem et quid quid agunt ~~et~~ omnis moralitatis expers purum que physicum redolet.

Resp. 2°. Dist Maj. illud ō ē essentialiter malum ad quod Deus daemones necessitat positivè C. Maj. indirecte N. Maj porro daemones ō necessitantur positive ad odium Dei agnoscunt omnes Dei perfectiones eas que amare vellent sed eas ō amant quia alligata ē eorum amandi facultas seu quia carent gratia ad amandum Deum necessaria gō Daemones Deum odio ō habent nisi negative. id quantum amare ō punt.

etiamsi probabilis tantum ēet boni et mali moralis distinctio nihil commodi reportarent impii ā posito dubio circa distinctionem boni et mali moralis leges prudentiae et cura utilitatis praecipiunt ut eodem modo se gerant ac si bonum et malum morale distinguerentur gō quid quid attendant nequeunt in tutō morum licentiam collocare. jam vero ad nimium dubia ē boni et mali moralis distinctio neque opponi pūnt rationes his

potulimus validiore

Paragraphus 2us

De origine obligationis bonum faciendi et malum fugiendi

Statum circa obligationem sic exponit Celeberrimus turnamachi secunda parte juris naturalis capite 7o.

» plusieurs croient quil ny a aucun autre principe de moralité
» que la volonté de Dieu manifestée par les loix naturels lidée
» de moral disent-tils renferme necessairement lidée dobli-
» gation. celle d'obligation celle de loix, et lidée de loix celle
» de legislateur. si donc vous faites abstraction de la loix et par consequent
» de legislateur, il ny aura plus ni droit, ni obligation, ni devoir
» ni motalité
» Dautres reconnoissent à la verité que la volonté de Dieu est
» un principe d'obligation mais ils ne saretent pas la ils pretendent
» que la raison aiant reconu la difference specifique des actions
» humaines honetes et deshonetes et nimpose à lhomme la necessité
» de faire les unes et de fuir les autres, et que cest la le fondement
» de lobligation.
» Pour eclaircir la nature et l'origine de l'obligation, je
» considere que tout action regardée en elle meme comme un
» mouvement de lesprit et du corps est absolument indifferent
» et que lon ne scauroit jusque la lui attribuer aucune moralité
» ce nest pas quil nyait une sorte de bonté ou de malignité naturelle
» dans les actions qui par leur vertu propre et interne sont
» avantageuses ou nuisibles et produisent le bien ou le mal

» de l'homme. mais ce raport n'est qu'une relation physique
» et si l'on s'arete la il n'y aura encore aucune moralité si
» allant plus loin on suppose qu'il y a quelque regle des actions
» et si l'on compare ces actions avec cette regle, le raport qui
» resulte de cette comparaison est ce qui fait la moralité, il
» suit que pour connoitre quelle est la cause de la moralité des
» actions de l'homme il faut scavoir ce qui en est la regle

Duplex ē potissimum circa praesentem quaestionem sententia prior obligationem bonum faciendi et malum fugiendi repetit ex sola rāone nixa in essentiali discrimine boni et mali posterior istam obligāonem repetit ex sola voluntate superioris priorem sententiam tuentur Rossius Tarnamachi. posteriorem Bufindoph Barbera &c.

Duplex obligatio distingui debet nempe speculativa et prattica speculativa ē ea qua quis approbare tenetur actionem aliquam ut in se perfectiorem. prattica ē ea qua quis tenetur exequi et peragere quod perfectius judicavit. fatentur omnes rāonem ēe principium sufficiens obligationis speculativae. sed quidam volunt rāonem solam ēe ō posse principium sufficiens obligationis prattica

Prōo prima

Recta rāo nixa in essentiali boni et mali discrimine sufficit ad constituendam legis naturalis observandae obligationem quoties legis observatio sociari pt cum nostra felicitate

Prob. 1°. recta enim rāo sufficit ad constituendam legis natu-

naturalis observandae obligationem si nobis a natura impositum sit faciendi bonum et malum vitandi atq. nobis a natura impositum ē verum officium faciendi bonum et malum vitandi vel enim a natura nobis impositum ē officium bonum faciendi et malum vitandi vel a solo Deo nobis impositum ē hoc officium atq. hoc falsum ē ā antecedenter ad quem libet divinae voluntatis actum verae sunt hae prōnes dignum ē creatura rāoni parere. vituperabilis ē si ō paret, bonum pro bono nulli injuriam facere. atq. antecedenter ad divinae voluntatis actum verae ō ēent istae prōnes si a Deo solo nobis impositum ēet officium bonum faciendi et malum vitandi 2º illud solum sufficit ad imponendam obligationem malum vitandi et bonum faciendi hujus dictamen sequi tenetur homo et rationabili modo suaeque naturae consentaneo agens atq. homo rationabilis, suaeque naturae consentaneo tenetur sequi dictamen rāonis quoties felicitas ō obstat.

3º. Rāo ē regula quae docet quid agendum sit quid sit bonum et malum atq. omnis regula ē obligatoria si quidem homo suo deē officio quoties regulam ō observat praesertim si haec regula sit immutabilis.

4º. illud sufficit ad constituendam obligationem boni faciendi et malum vitandi, a quo vim obligandi habet voluntas superioris atq. voluntas superioris habet a recta rāone vim obligandi ō tenemur obsequi voluntati superioris nisi quia

recta rão jubet ut ipsi obtemperemus.

5º. Nulla pt ee obligão major quam ea quam homo ō pt violare nisi se ipsum condemnando atq. homo ō pt violare obligationem quam sibi imponit recta rão quia se condemnet nec ad id requiritur ut de Deo cogitet

6º. recta rão sufficit ad determinandum quaenam actiones magis conveniant perfectiori facultatum usui quaenam ipsi magis disconveniant atq. quod sufficit ad determinandum quaenam actiones magis conveniant perfectiori facultatum usui quaenam ei disconveniant sufficit ad obligandos homines sine voluntate superioris gō sola rão sufficit ad constituendam obligãonem bonum faciendi et malum vitandi

Obj. Sola rão ō sufficit ad constituendam obligationem si facta abstractione nihil quod nos astringat ad unum potius quam ad aliud. atq. facta abstractione voluntatis superioris nihil ē quod nos astringat ad unum potius quam aliud.

N. Mi. nolis insitum ē lumen naturale quod continuum nos edocet quid agendum et quid fugiendum sit vel experimur inviti conscientiae stimulos quoties ipsi ō obtemperamus. atq. illud nos astringit ad unum potius quam ad aliud quod nos edocet quid agendum et fugiendum sit et cujus dictamen ō possumus violare quin experiamur conscientiae stimulos gō sola rão nos astringit ad unum potius quam ad aliud facta abstractione voluntatis superioris

Inst. rão naturalis independenter a voluntate creatoris vim ō habet nos astringendi ad sequendas ideas quas ipsa in speculatione approbat gō independenter a voluntate Dei nullum ē officium nulla lex nulla obligāo nihil quod nos astringat ad unum potius quam ad aliud

e N. Ante nonnisi ē propter rāonis imperium parere tenemus voluntati dei cognitae si quidem ideas tantum vera imponitur obligatio bonum faciendi et malum fugiendi cognita dei voluntate quia rāo jubet parere perfectissimo gō per ipsam rāonem reponitur obligatio

Inst. Rāo nihil aliud ē quam mens ipsa atq. nemo pt sibi ipsi imponere necessitatem seu obligationem agendi hoc potius quam illo modo ā ut vera sit haec obligatio requiritur ut ō possit cessare pro arbitrio illius cui imponitur. atq. si quis sibi met ipsi imponeret obligationem agendi cessare posset obligatio arbitrio illius cui imponeretur, gō rāo ut pote a nobis indistincta ō pt habere vim legis.

Dist. Mi e Nemo pt sibi imponere obligaōnem positivam C. Mi nemo pt habere in se ipso obligationem naturalem in principiis naturae fundatam et negativam e N. Mi. 1º quia pt aliquis habere a natura obligationem speculativam sed quia habet a natura obligationem speculativam ad assentiendum vero et dissensiendum falso pariter habere pt a natura obligationem practicam ad bonum faciendum et malum fugiendum 2º quia rāo et sapientia imponunt deo obligationem moralem bonum faciendi

et malum vitandi licet ea perfectiones sint a Deo indistincte.

Obj. 2°. Si idem posset ee obligans et obligatus, posset idem homo pactum seu conventionem inire quod semet ipso atq. hoc falsum ē ā ubicunque ē obligatio pt quis renunciare juri quod acquirit ex obligatione atq. nemo pt renunciare juri in se ipsum acquisito

Dist. Maj. Si idem ēet obligans et obligatus sibi imponendo obligationem arbitrariam C. Maj. habendo a natura obligationem necessariam es. Maj.

Obj. ante cognitam Dei voluntatem nihil videt homo in rerum natura dignum qui cui suam submittat voluntatem dum e contra videt deum pro sua superioritate dignum ee illa animi subjectione qō independenter a Deo nulla ē obligatio.

Es. Ante. conscientia et recta ratō docent quid faciendum et fugiendum sit dignas quae sunt quibus obsequamur-

Obj. Si unius personae ratō propria obligaret vel ita obligaret ut dispensationis sibi concedendae licentiam relinqueret vel ita obligaret ut sibi concedendae dispensationis licentiam ō relinqueret atq. neutrum dici pt ō primum, ā vero ō obligatus qui pro arbitrio valet se se ab obligatione immunem facere. ō secundum, ā ratō ō pt ita nos obligare ut ō relinquat licentiam dispensationis concedendae Si nulla possit asseri ratō cur ō possimus dispensationem obtinere ab obsequio praestando nostri rerum atq. nulla ee pt causa vi cujus ō possimus obtinere dispensationem ab obsequio praestando nostras rerum

hæc enim rão ō pt ee alia quam ipsa rão siquidem sola supponitur nos obligans atq. ineptum eet dicere nos obtinere ō posse dispensationem ab obsequio præstando nostræ rãoni quia prohibet rão

ex. Mi. Caus et dico Causam cur obtinere ō possimus dispensationem ab obsequio præstando rãoni ee ordinem immutabilem et consequenter ipsam rãonem

Obj 4º vera obligatio moralis debet ee constans atq. rão sola nullam impenere pt obligationem quæ sit permanens

Dist. Maj. vera obligão debet ee permanens supposito criminum vindice C. Maj. sublato criminum vindice et virtutis remuneratore N. Maj. tenemur sectari nostram felicitatem quæ terminaretur ad bona temporalia si ō eet Deus virtutis remunerator atq. necessitas spe sectandi felicitatem sæpe opponeretur dictamini rãonis si ō eet Deus criminum vindex si teneremur sectandi felicitatem temporalem

Obj. 5º Sublato Deo nulla eet timenda poena et nulla speranda merces go nulla eet obligatio obtemperandi rãoni

Dist Con. Nulla eet obligatio obtemperandi rãoni quando illi obsequium ō impediret nostram felicitatem C. Con. cum impediret nostram felicitatem N. Conse. tenemur quærere felicitatem etiam rectæ juxta rãonis dictamen go si recta rão adversaretur nostræ felicitati sibi contradiceret

go nullum obsequium mereretur et nullum induceret obligationem jam vero sublato Deo criminum vindice et virtutis remuneratore rāo adversaretur nostrae felicitati a saepe adversatur felicitati atq. si nulla eet timenda poena et nulla speranda merces felicitas temporalis eet sola nostra felicitas

Prōo 2a

Ad constituendam boni faciendi et mali fugiendi obligationem perfectam constantem et quae in nullis cesset vitae occasionibus sufficit et requiritur voluntas dei praemiorum expectatione et poenarum metu stipata.

Prob. Prima pars. dum sensus divinae providentiae seu relligio nobis exhibet deum supra et circa nos stantem; factorum dictorum cogitationum ~~quae~~ censorem qui habiturus sit bonorum rationem homines in omnimoda constituit necessitate legibus parendi etiam in secretis locis omnem tollendo spem fugiendi suplicii

Prob. altera Pars. a facta abstractione voluntatis ei jubentis aut vetantis o attenditur ad speranda ab ipso praemio, atq. semota praemiorum spe aut ~~spe~~ suplicorum a Deo rependendorum o e obligāo constans in omnibus occasionibus malum fugiendi et bonum faciendi. a sejuncta praemiorum expectatione et metu poenarum plures occurrent in vita circumstantiae in quibus praxis virtutis et fuga mali a nobis offerret praesentem quam solam speraremus utilitatem atq. o permanet obligatio fugiendi malum et bonum faciendi quando a nobis tollit

eam solam quam sperare possumus utilitatem et felicitatem
si nempe ad praxim virtutis, oportet morti occumbere ad hoc
unum satis ē ut nulla possit ēē obligatio agendi contra felicitatem
atq. nulla ēē pt obligatio agendi contra nostram felicitatem. natura
ō pt constare attributis contradicentibus si ēē posset obligatio agendi
contra felicitatem si obligamur ad curandam felicitatem et vero
illud necessario requiritur ad constituendam obligationem legis natu-
ralis quod necesse ē ad hominum partem efficaciter pellendam
ad virtutis exercitium atq. voluntas Dei praemiorum expectatione
et poenarum metu ut puto necessaria ad compellendam maximam
hominum partem efficaciter ad virtutis exercitium ā ut maxima
pars hominum ad virtutem amplectendam efficaciter compellatur
ō sufficit ut agnoscatur virtus tanquam maximum bonum
in se quod ejus pulchritudo evincit sed incipere quaeritur et ab
hominibus spectetur tanquam bonum quod necessariam partem
suae felicitatis constituere possit. atq. ut motus a maxima
hominum parte spectetur ut bonum quod necessariam partem
suae felicitatis constituat requiritur certe supremi et omni-
potentis voluntas Dei praemiorum dulcium expectatione
et poenarum timore stipata. cum enim virtus saepe sit in
diametro oppositis humanis passionibus in quibus explendis magnam
partem suae felicitatis locant homines debent in virtutis exercitio
invenire felicitatem majorem quam indulgendo cupiditatibus

atq. sola voluntas legislatoris divini cum praemiorum spe efficere
pt ut maxima pars hominum sibi polliceatur majorem felici-
tatem exercendo virtutem quam explendo cupiditates contra
virtutem

Obj. 1°. Rão sola sufficit ad constituendam perfectam obli-
gationem, ergo ad id ō requiritur necessario voluntas dei.

Ex. Ante. Supponamus hominem in illa constitutum hipotesi in
qua legem naturalem violare possit et cum cupiditatis lucro, impu-
nitatis spe atq. in praedicta hipotesi nihil ē quo cogi possit homo
ad legis observationem habet in praedicta hipotesi omnia invitamen-
ta violandae legis et nullum habet ad implendae motivum sufficiens.
motiva quippe cupiditatis plus habebunt virium quam rationem.

Inst. rão habet aliquando vim obligandi sed quod habet quando
vim obligandi sufficit ad constituendam vim manentem.

Dist. Maj. Rão sola habet vim obligandi quando legis observa-
tio ōē incompatibilis cum felicitate C. Secus. N.

Obj. 2° Homo agere debet modo rationali et naturae consentaneo
atq. ō ageret modo naturae consentaneo siquibusdam in casibus ō
sequeretur rationem ergo homo tenetur in omnibus casibus sequi
dictamen rationis

Dist. Mi. Si ō sequeretur dictamen rationis in his casibus in
quibus illud sequi posset illaesa felicitate C. Mi Secus. N. Mi.

Obj. 3°. rão ē immutabilis et essentialis actionum regula
ergo per se perfectam obligationem inducit.

Dist. Ante Supposito vindice criminum C. Ante. ō Suppo
sito Deo criminum vindice N. Ante ā ō Suposito Deo nullam
aliam quam temporalem felicitatem sperare possumus gō eam sectari
necessario teneremur, gō quoties dictamen rāonis adversaretur
felicitati ō tenerentur homines sequi illud dictamen si quidem pri
mario tenentur quaerere suam felicitatem veram quae foret
felicitas temporalis in hipotesi quod post hanc vitam nulla eēt
speranda merces et nulla poena timenda.

Scolium Primum

De praesenti controversia sic habet DD. Lauck. Necessitas
moralis agendi vel ō agendi orta vel ex ipsa naturae rationalis
determinatione vel ex spe consequendae felicitatis vitandae miseriae.
quoties gō ea ē alicujus actionis cum natura rāonali convenien
tia vel cum hominis connectio ~~ha~~ ut illa posita sibi plaudat
et beatus sit et illa ō posita se se condemnet et miserum
se arbitretur totiēs ad illam censetur obligare.
Juxta hanc definitionem duplex distingui pt obligatio alia
interior et conscientia orta ex quarumdam actionum appro
batione vel condemnatione libera alia exterior orta ex poenis
actionibus sive per constitutionem rerum naturalem sive per
legem in republica sive per divinam voluntatem in altera
vita. vera et summa obligatio oritur ex conjunctione interioris
et exterioris ~~atque ulla~~ neque una sine altera bene consistere pt ā quamvis

servare posset obligatio interior ex conscientia ad inclinandos hominum animos nisi cum illa juncta eet exterior per poenas? certe cum felicitatis dispendio nemo conscientiam sequeretur si neque obligatio exterior vera et proprie dicta dici pt si habeat sibi contrariam obligationem interiorem et agens suas actiones interius condemnet. vane itaque disputant Philosophi dum alii omnem obligationem a conscientia aut illo interno justi sensu, omnem rationis usum antecedente quem moralem sensum appellant = aut ex rerum relationibus earum que praeceptis per rationem convenientiis derivare volunt alii vero ex sola dei voluntate atque ex poenis et praemiis legibus finis annexis et singulis si quidem nascitur obligatio sed diversi generis quia haec omnia continent agendi motiva sed diversa prior obligatio interior viget praesertim in his qui bene nati recte que instituti moventur virtutis pulchritudine et id omne quod bonum quod pulchrum quod honestum quod decens erga Deum et homines constanter sectantur. aut affici eruditos et sapientes qui in scientiis versati rerum convenientias actionum suarum consequentias et rationis omnia dictamina cernere valent. sed sine dubio maxima ō illa obligatio exterior orta ex consideratione voluntatis divinae et intuitu poenarum et praemiorum legibus annexorum. quippe cum Deum nihil lateat nec fugere potentiam possimus - atque ō solum in hac vita, sed per omnes temporis periodos magnis praemiis remunerari et poenis plectere valet haec consideratio in omnimoda obtemperandi necessitate

constituit omnes que afficit etiam illos qui alios sensus revocarunt
3°. Jus quoque vocabulum ē quod varias habet significationes. 1°
significat id quod justum ē, et consentaneum rāoni vel legi;
hinc jure fieri dicitur quid quid juxta legem fit. 2°, sumitur
jus pro ipsa lege vel complexione legum consensu Pentatuchus
et Justiani collexio jus romanum Salustius in catilinario hoc
sensu jus definiti his verbis jus ē civilis æquitas, vel scriptis
legibus sancita vel institutis et moribus præcepta 3°. definitur
facultas moralis quam unus quisque habet vel circa rem suam
vel ad rem sibi debitam acquirendam hæc facultas vel ex natura
rei vel ex conventione oritur aut aliquo facto humano

Scolium 2um

Constat rāonem ut in his quæ habent speciem boni et mali liber
tatis usum coerceamus eumque ipsi rerum naturæ conformemus
unde nascitur obligatio bonum faciendi et malum vitandi quæ oritur
ex rāone tanquam regula directrice attamen ea regula ō ē
lex legis nomine intelligitur jure imperantis autoritas alias
actiones jubens alias prohibens pœnis propositis vel etiam præmiis
ut qō de existentia legis naturalis stricte sumptæ fiamus
certiores. aquirendum ē an deo competant legislatoris jura an
iis tandem usus fuerit Deus id conficiemus sectione sequenti

Obj. rāo ē hominis attributum. atq. hominis attributum ō ē
idoneum ad Deum obligandum ā obligatio ē debitum et
officium atq. repugnat ut homo suis attributis et sibi ipsi aliquid
debeat hoc enim verbum debere ō habet locum nisi inter duos

N. Ma. Conscientia ē hominis attributum atq. conscientia obligat hominem quia ō licet agere contra conscientiam.
ad confirmationem N. Mi ili ē delitum et officium uli actio ō pt omitti sine culpa atq. actio quam dictat rāo ō pt omitti et actio quam prohibet ō pt fieri sine conscientia gō rāo pt hominem obligare. ad secundam probationem Dis. Maj ō ē obligatio nisi inter duo quae se habeant ut persona et regula vel ut persona et persona C. Maj inter duos qui se habeant ut persona et persona N. Maj.

Caput Tertium
De Beatitudine

Beatitudo ē status bonorum omnium aggregatione perfectus.
Duplex beatitudo nempe objectiva et formalis
Beatitudo objectiva ē objectum cujus possessio constituit homines felices.
Beatitudo formalis ē respectus sub quo objecti possessio constituit felices

Prōo 1a

Homo destinatur ad aliquam beatitudinem
Prob. nobis constat sensu intimo existere nobis appetitum beatitudinis quo volumus ēe perfecte et immutabiliter beatos atq. appetitus habet connectionem cum aliqua beatitudine ad quam homo sit destinatus. Ille appetitus habet connectionem cum aliqua beatitudine ad quam homo sit destinatus qui ō pt nos decipere atq. appetitus quo ferimur in beatitudinem ō pt nos decipere ā appetitus ille in nobis ē necessarius ō possumus enim nolle ēe beatos. 2o constans ē sed his instantibus et in singulis homo operatur ex impressione hujus appetitus beatitudinis siquidem nihil velle pt. nisi sub rāone boni et plus

amare pt malum ut malum 3º ē universalis. Si appetitus ille manifestat sese in omnibus atq. ejus modi appetitus ō pt nos decipere alioquin Deus ipse nos deciperet siquidem ejus modi appetitum sine causa et sine necessitate nobis indidicet nulla enim causa ac necessitas ēē pt ingenerandi hominibus hujus modi appetitum si illa sit beatitudo quae sit ejus modi appetitus ac desiderii terminus

Prōo 2ª

Beatitudo hominis posita ē in cognitione veri et in possessione boni

Prob. hominis enim beatitudo debet explere omnes hominis facultates alioquin aliquid ipsi superēēt appetendum atq. cognitio veri et possessio boni duntaxat pūnt explere omnes facultates omnes enim hominis facultates revocari pūnt ad intellectum et voluntatem. atq. intelectus hominis sola veri cognitione voluntas vero sola boni possessione satiari pt

Prōo 3ª

Nullum verum et bonum creatum pt ēē objectum beatitudinis nostrae.

Prob. 1º. ā ultra verum creatum aliquid remanet ulterius noscendum et ultra bonum creatum aliquid remanet ulterius homini appetendum ut patet sensu intimo quod pt a nobis ipsis ~~nobis ēē~~ consii sumus ~~consii et~~. intellectum ō expleri cognitione veri illius creati sed ad ulteriorem pendere cognitionem et voluntatem ō satiari possessione boni creati, sed ulterius semper bonum appetere atq.

objectum beatitudinis tale debet ēē ut ipso possesso nihil ulterius remaneat sive cognoscendum sive appetendum.

Prob. 2° constat sensu intimo unumquemque nostrum velle ō tantum ēē beatum sed immutabiliter et æterne ēē beatum atq nullum sive rerum sive bonum creatum fundare pt immutabilem et æternam beatitudinem quid quid enim creatum ē continuo mutatur ~~et cito~~ cito perit

Prōō 4ª

fortunæ bona ō sunt beatitudinis objectum

Prob. ā beatitudinis objectum debet omnino satiare appetitum omnem miseriam excludere et ita proprium certum que ēē debet ut amitti nequeat atq. hæc ō conveniunt fortunæ bonis his enim possessis scientiam sanitas, expetendæ nolis supersunt doloribus obnoxii sumus et fortunæ bonis privari possumus.

Prōō 5ª

Corporis bona ō sunt beatitudinis objectum.

Prob. his enim possessis naturæ bona expetenda nolis supersunt his que spoliari possumus. eadem rāone probabitur mentis bona ō ēē objectum beatitudinis

Prōō 6ª

Beatitudo objectiva ō consistit in collectione bonorum creatorum

Prob. 1° quia hæc bona ō sunt ita certa ut amitti nequeant, 2° quia quo major ē virtus et scientia eo ardentius ejus possessio desideratur

Prōō 7ª

Deus solus ē beatitudo hominis objectiva

Prob. illud e beatitudo objectiva quod habet dotes objecti beatitudinis nostræ atq. Deus habet dotes objecti beatitudinis. Dotes enim objecti beatitudinis sunt ut omnia hominis desideria explere possit et illius gaudio certa sit et propria atq. 1° Deus omnia hominis desideria satiare ſit quid enim ē finis et causa bonorum quæ mentem jucundis cogitationibus afficere possunt desideria nostra explere ſit atq. Deus ē fons bonorum quæ mentem nostram gratis cogitationibus afficere ſunt quid quid enim a Deo distinguitur suam ei debet existentiam ſit jucundis cogitationibus nos afficere a Deo enim omnes sensationes a Deo oriuntur. 2°. illius gaudio certus et propria ei ſit mens enim perfecto cognitione et amore dei frui ſit atq. Dei gaudio in ejus cognitione et amore consistit.

Obj. 1° bona finita satiare ſunt potentias finitas atq. bona creata sunt finita potentiæ hominis sunt finitæ

Dist. Maj. bona finita satiare ſunt potentias finitas vel intitative vel objective C. Maj. intitative N. Maj. porro potentiæ sunt finitæ sed ō sunt finitæ objective a illæ potentiæ sunt infinitæ objectivè quæ versari ſunt circa objectum infinitum atq. potentiæ infinitæ versari ſunt, circa objectum infinitum intellectus illud cognoscendo voluntas amando, ḡo satiari nequeunt bonis finitis et creatis.

Just. bonum finitum ē proportionatum potentiæ finitæ quoad entitatem ḡo potentia intitative finita ō exigit

BIBLIOTHEQUE DE L'UNIVERSITE

nisi objectum finitum.

Dist. Ante. proportionatum ē potentiæ finitæ ō Spectatæ extrinsece C. Spectatæ extrinsece N.

Ins. Potentia infinita qualis potentia Dei exigit objectum infinitum, qō a contrario potentiæ extrinsecæ finita exigit objectum finitum alias ō differrent potentia finita et infinita

Dist. Ante. ō differrent penes objectum C. penes modum possidendi objectum N. Ante. ā potentia infinita fertur in objectum infinitum modo infinito et potentia infinita intrinsece sed extrinsece infinita ō fertur in objectum infinitum nisi modo finito.

Obj. 2º. Deus ō pt ab homine possideri qō objectum beatitudinis hominis ō ē Deus.

Dist. Ante. Deus ō pt ab homine possideri possessione civili C. Ante possessione objectiva N. Ante. possessio civilis ē ea quæ Dat jus in rem possessam objectiva possessio ē conquiescentia potentiæ in objecto possesso

Ins. ut Deus possideri posset etiam possessione objectiva deberet ēē aliqua proportio inter Deum et hominem. atq. nulla ō proportio inter Deum et hominem

Dist. Maj. deberet ēē aliqua proportio vel inadequata vel adequata C. Maj adequata N. Maj

Ins. quod ē finitum nullam habet proportionem cum infinito atq. homo ē finitus, Deus vero ē infinitus

Dist. Maj. quod ē finitum tum intrinsece tum extrinsece nullam

habet proportionem cum infinito C. Maj. quod ē finitum et intitative N. Maj

Propositio Octava

Beatitudo formalis in gaudio consistit

Prob. Beatitudo formalis ē ea mentis affectio qua mens ē beata atq. mens per gaudium ē beata. mens enim per gaudium constituitur beata si boni possessio illius que possessionis securitas et certitudo beatos nos ō faciat nisi quatenus illa possessione gaudemus atq. res ita ē ideo enim in hac mortali vita quidam possessis fortunæ muneribus quadam fruuntur beatitudine quia eorum possessione gaudent. contra vero ubi iisdem possessis bonis idcirco ō sunt feliciores quia ex eorum possessione nullam voluptatem percipiunt gō per gaudium mens constituitur beata Et vero summa miseria formalis nihil aliud ē quam summa tristitia et summus dolor si quis enim anxietatem sollicitudinem ex opibus V. G. perciperet per eas infelix fieret gō beatitudo formalis in gaudio et voluptate ē reponenda

Sectio 2a

De Regulis Actuum Humanorum

Actuum humanorum regula duplex distingui solet alia interna et proxima nempe conscientia alia externa et remota nempe lex

Quaestio Prima
De Lege

Lex generatim definitur regula agendorum et fugiendorum. lex stricte sumpta definiri pt voluntas jure imperantis subditis declarata actiones alias jubens alias vetans praemiis praepositis et poenis unde lex differt a concilio a pacto et a jure 1° differt a concilio quod dirigit sed ō praecipit 2° lex differt a pacto ā pactum ē promissum lex, mandatum 3° lex differt a jure, jus enim ē facultas moralis quam unus quisque habet vel circa rem suam, vel ad rem sibi debitam acquirendam

Jus duplex distinguitur nempe jus naturale quod natura nos docet et jus positivum quod aliunde docemur nempe legislatione dei vel hominum juris periti tertium quoddam jus admittunt nempe jus gentium sed hoc jus pt revocari vel ad jus naturale, vel ad jus positivum. vel enim ē primarium vel secundarium. primarium ē illud quod rāo naturalis inter homines instituit ad quod pertinet religio amor erga patriam pietas in singulos. jus ejusmodi ē revorâ naturale secundarium dicitur quod exigentibus humanis necessitatibus et circumstantiis constitutum ē quo jure constituti sunt pacta videlicet venditionis &c atq. illud jus ut patet ē positivum jus etiam aliquando significat quod justum ē et consentaneum rāoni vel legi. hinc jure fieri dicitur quid quid juxta legem fit.

Autoritas ē jus imperandi cum obediendi jure conjunctum per obligandi potentiam intelligimus ō augendi potestatem sed facultatem ea auferendi creaturis rationalibus ad agendum motiva quibus moventur ut rei fiant proprio judicio si parere recusent.

Lex generatim dividitur in naturalem et positivam lex n

Lex naturalis stricte vel late sumi pt. lex naturalis late sumpta ē lex rāonis insita in mentibus invicta propensio ad res quasdam probandas et alias improbandas lex naturalis stricte sumpta ē lex a Deo omnibus imposita atque solo rāonis lumine cognita

Lex positiva ē lex posita ex voluntate ēt arbitrio imperantis voce vel scripto promulgata definitur etiam ea quæ ~~numinis~~ luminis naturalis dictamini superadditur et ē præter rāonis nostræ præceptiones.

Lex positiva vel ē divina, ut vetus et novum testamentum; vel humana, quæ vel ē civilis vel ecclesiastica leges positivæ vel sunt necessariæ quando monstrant utilitatis communis consequendæ viam unicam vel sunt arbitrariæ seu ō necessariæ quando inter plures vias consequendæ utilitatis publicæ aut optimam monstrant aut interæque commodas unam determinant: quæ dicuntur positivæ rāone materiæ illæ naturales phylosophi morales mentionem injiciunt legis æternæ quæ nihil aliud ē quam summa Dei rāo congruunt in omnibus rebus ordinem volens et approbans disconvenientem improbans et nolens verum improprie lex apellatur lex æterna siquidem nullum ens deo superius ei quidquam præcipit

lex illa nihil aliud ē quam essentialis Dei voluntas quae legem erga nos constituet ubi divinis praeceptionibus nobis manifestabitur leges fermè omnes totam communitatem spectant adsunt leges privatae unum aut paucos respicientes quae vulgo privilegia dicuntur ea que sunt vel in gratiam vel in odium.

Legis interpretatio duplex distinguitur alia simplex quae ē mera legis explicatio alia per Epi aequitatem quae ē explicatio legis per aliquam emendationem vel per verba legum magis vel minus sunt quam par ē universalia locum habet emendatio in legibus quae verbis enunciantur: lex enim naturalis ex aequo et bono omnia determinat. dispensatio ē relaxatio legis datur que exemptio seu immunitas vel a praecepto vel a sanctione seu poenis ~~ac~~ a lege cominatis

Observandum ē legem constare duabus partibus, nempe praecepto, quod indicat quid faciendum quid ve omittendum sit et ē voluntas imperantis et sanctione qua imponitur obligatio per pollicitationem praemiorum vel minationem poenarum

His praemissis notionibus inquiremus 1° quid requiratur ad fundandam autoritatem in legislatore. 2° an existat lex naturalis seu utrum Deus autoritate suâ usus fuerit et legem hominibus imposuerit quae sola ratione nosci possit 3° an principia legis naturalis possent ignorari 4° an aliquis possit dispensari a legibus legis naturalis 5° an lex naturalis abrogari possit 6° an autoritas principum deriveretur ab autoritate divina et utrum Deus his deleri potestatem legum ferendarum

Prōo Iª

Ad legitimam fundandam autoritatem legislativam requiruntur in legislatore potentia quam bonitas excitet et sapientia administret.

Prob. 1º requiruntur potestas beneficentia et potestas nī enim in legislatore foret potentia sufficiens ō posset leges sancire neque ad eas observandas subditos ullo modo cogere posset sive praemia obsequiosis tribuendo sive poenas infractoribus infligendo. nisi potentiam excitaret bonitas, tyrannica prorsus ēēt et odiosa atque obsequium nullatenus mereretur. nisi tandem sapienter administraretur diffidentiam procrearet atque veram obedientiam ō pareret

Et vero vel potestas, beneficentia et sapientia simul junctae requiruntur ad fundandam authoritatem legitimam in legislatore vel seorsim sufficiunt ad stabiliendam hujusmodi autoritatem. atq. falsum consequens. 1º ō sufficit sola potestas. ens quod malignum ēēt atque in usus noxios potestatem exerceret dignum ō ēēt cujus legibus obtemperaretur. 2º ō sufficit sola bonitas ad stabiliendam autoritatem quid enim proderit legislatori ēē beneficum si careat potestate qua valeat subditos ad obsequium adigere et sapientia quâ vera bona dignoscat. 3º sola sapientia ō sufficit si enim beneficentia careat legislator, quantumcumque solers supponatur leges in utilitatem subditorum aut nolet aut ō poterit convertere atq. tamen haec lex juste feratur oportet vertere in utilitatem subditorum, qō sapientia et beneficentia simul jungi postulant ad fundandam autoritatem legislativam.

2°. Simul conjunctae sufficiunt ad stabiliendam autoritatem legislativam. q̄ legem ferre ē voluntati praeceptionibus determinare actus subditorum atq. potestas et sapientia sufficiunt ut superior voluntatis suae praeceptionibus determinare possit actus subditorum potestas enim dat subditos qui dependeant, beneficentia infert intentionem utilitatis et commodis subditorum sapientia importat facultatem detegendi media aptiora procurandis commodis subditorum atq. haec sufficiunt ut superior juste determinet voluntatis suae praeceptionibus actus subditorum g̅o potestas et sapientia simul junctae requiruntur ad fundandam autoritatem legislativam.

Corollarium

g̅o autoritas legislativa deo convenit, siquidem Deus ē summe potens et sapiens.

Obj. Si beneficentia requireretur ad fundandam legitimam autoritatem, superior censeri posset autoritate legislativa eo ipso quo tirannidem exercerem in subditos neque eorum studeret utilitati atq. hoc falsum ē et contradicit apostolos.

Res. 1°. Retor. Arg. Si sapientia ēet partim fundamentum autoritatis legislativae ubi minus sapienter se gereret superior censeri posset destitutus autoritate legislativa, atq. hoc falsum ē siquidem ē verenda superioris autoritas g̅o sapientia nequidem parte ē fundamentum autoritatis.

Res. 2°. ex. Maj. licet beneficentia requiratur ad stabiliendam autoritatem legislativam, nihilominus hanc autoritatem ō

amittit superior qui duriora exercet imperia 1º quia ō ē subditorum tirannidis reum agere principem ac superiorem 2º quia jure naturali tenentur subditi potius tolerare saevitiam superioris quam illius autoritatem temnere ā docet rāo satius ēē ut populi subeant periculum mala quaedam tolerandi a principe quam ut habeant licentiam aspernandi principem et illius dominio se ipsos substrahendi ā hoc admisso subditi ō tenerentur obedire nisi imperantibus ferendo de legibus superioris judicium debitam possent obtemperationem denegare sicque sub imputatione tyrannidis frequentius fierent leges superioris neque illius maneret autoritas. Sed, inquies, scire pūnt subditi an leges principum sint justae ā scire pūnt an sint conformes legi naturali. atq. leges principum ō sunt justae nisi cum sunt conformes legi naturali.

Resp. 1º. ex. Maj ~~a~~ nam subditi ō vident in quibus lex naturalis postulat exerceri sicut eas videre pūnt principes.

Resp. 2º. ex Mi ā leges positivae licet arbitrariae pūnt ēē justae gō legum aequitas ō estimatur ex earum comparatione et conformitate cum lege naturali si leges positivae ō sunt applicationes legis naturalis aliquando sunt ~~[illegible]~~ remotae conclusiones ō nunquam legislatores inter se dissenserunt circa aequitatem et utilitatem legum gō subditi ō semper facile pūnt judicare ex comparatione legum positivarum cum lege naturali, an leges positivae sint justae

Prōo 2a

existit lex naturalis late sumpta

Prob. lex generatim ē agendorum et fugiendorum regula et lex naturalis et juxta communiorem significationum sumpta ē regula quam nemo violare pt quin reus sit proprio judicio vel naturalis propensio cui refragari ō pt. atq. 1o.

actionum regula ō pt violari a nemine quin reus fiat. existit enim recta rāo lumen naturale dictamen rāonis. atq rāo ē actionum regula quam nemo violare pt quin reus fiat. 1o ē actionum regula. rāo docet quid sit agendum quid fugiendum docet rerum relationes, consequentias et earumdem cum finibus quos sensus natura probant convenientiam vel disconvenientiam. atq. hæc edocere ē dirigere si quidem dirigi nihil ē quam docere quibus mediis attingi possent fines quos sibi aliquis proposuit. 2o nemo pt violare dictamen rāonis quin reus fiat judicio quoties homo ō agit juxta preceptas rerum relationes ipse secum divisus ē ex partibus dissentientibus componitur ex quarum conflictu angores sequuntur. rāonis molita nequit contemnere, quin asperne-tur hominis naturam et se fugiat

Et certe existit in singulis conscientia per quam ~~exquirimur~~ experiuntur meriti et demeriti innocentiæ et delicti sensum suavem eam, jucundamque voluptatem quæ vitam juxta rāonis dictamen institutam comitatur terroresque eos et

et metus quibus perturbantur ii qui magistram vitae sequi rationem nolunt etiam dum omni metu se solutos praedicant. atq. sensus hujusmodi evidenter indicant discrimen inter bonum et malum et existentiam regulae cui conformare debent actiones alioquin, cur homines proprias damnarent actiones, et sibi ipsis irascerentur cur supposita vita futura arbitrantur sibi pertimescendum quam bonis; se potius numinis iracundiam experturos quam pios et malos et honestos? unde ~~w~~ horum fiduciam illorum diffidentiam? cur ō suspicantur mali Deum ipsis favere et honestos poenis ēē affectorum. si hi quos dicimus malos vivant sapienter si rationi pareant sua quaerentes commoda cur tantae aegritudines tantae anxietates plerique dolent suis cupiditatibus habenas flaxasse et cur tantopere desiderant eodem modo vixisse, ac viri probi qui suis cupiditatibus per totam vitam restiterunt et cur similem conscientiam instanti habere cupiunt?

Praeterea nullus ē juvenis ut observarunt Socrates Plato et omni vacuus praejudicio qui si recte et metodice seu de rebus speculativis seu de practicis morum regulis interrogetur ō acte respondeat: unde sequitur rerum relationes ēē fundatas in ipsa natura earum que convenientias et disconvenientias ō fingit ex arbitrio et ab ipsa natura edoceri nullus ē qui suas actiones etiam turpissimas defendere ō studeat

et illis recti speciem induere. constat experientia perdi-
tos homines qui sua commoda sine honestate prosequuntur
et conferre judicium de aliorum hominum actionibus cum
abrepti cupiditatibus a virtute recedunt. eam in viris probis
etiam in ipsis hostibus probant e contra vitium etsi inter
homines adeo sit commune amorem tamen et aestimationem
nunquam potuit conciliare qo constat quasdam actiones ee
bonas quasdam malas alias mercede alias poena dignas et exis-
tere legem cui conformandae sunt omnes actiones nostrae.
2º existit in nobis intima naturalis et invicta propensio ad
probandas actiones et ad alias improbandas e quaedam vitae
rão quam probamus sunt vitae principia tam evidentis aequitatis
et sapientiae ut ab illis admittendis temperare nemo possit
quae temporum et locorum communia sunt quae doctis et
indoctis sponte innotescunt qualia sunt ista suum cuique
tribuendum fidem servandam beneficiis gratum animum
debere.
Et certe lex naturalis e propensio naturalis cui refragari nefas e
atq. sunt in nobis propensiones naturales tum erga deum tum
erga proximum tum erga nos quibus refragari nefas e 1º. expe-
rimur naturales erga deum propensiones o cogitare possumus
de naturam et perfectiones quin admiremur et ad numinis
adorationem procumbamus nec liberalem in creaturas suas
bonitatem quin experiamur pro beneficiis acceptis sensus

nec praesidem Deum supra et circa nos factorum sensorem
sine reverentia alias unde factum ē ut omnes gentes in colendo
Deo consenserent. experimur propensiones erga proximum alias
unde fieret ut ignotis periclitantibus ultro succurramus et commi-
seratione in omnium miserorum etiam inimicorum opem
indeliberate moveamur. experimur propensiones ad diligendum
atq. propensiones eae sunt naturales mentem enim quadam
perfundunt suavitate per se ad sua sponte comprobantur
omnes motus benigni in his quisque sibi placet lubens iisdem
tanquam naturae accomodatis indulget et similes in aliis
comprobat et veneratur contrarii motus ut ira odium invidia
ultionis appetitio sunt per se percepti in his recordandis nemo
sibi placet aut similes in aliis comprobare pt quo nihil in parentibus
et liberorum mutua pietas, amor patriae gratitudo et aliae
omnes benevolae affectiones in quibus posita ē felicitas ad
officia nos ducunt gratuita etiam cum jactura commodorum
et vitae periculo gō experimur erga proximum propensiones
experimur erga nosmet ipsos toti enim sumus in conservatione
status nostri conquirenda naturaliter optamus omnia quae
nobis inservire pūnt gō naturales experimur propensiones
cum erga Deum tum erga proximum tum erga nosmet ipsos.
2º. nefas ē agere contra naturales illas propensiones. nefas
ē agere contra naturam qualem nobis dedit Deus

Nefas ē agere contra finem adeo intentum atq. obsistere
praedictis propensionibus eēt agere contra naturam qualem Deus
eam nobis dedit et contra finem a Deo intentum gō existunt
propensiones quibus refragari nefas ē gō existit lex naturalis
3°. lex naturalis definitur obligatio naturalis faciendi et
alia fugiendi. atq. existit obligatio faciendi et alia fugiendi
quilibet sibi conscius ē se que ~~dam~~ improbare et alia probare
se naturaliter judicare quaedam ēē praestanda et quaedam fugi-
enda atq. tenemur vitare quae nobis ēē fugienda et ea praestare,
quae nobis ēē praestanda judicamus. tenemur enim aliquid praestare
aut omittere quoties illud omittere vel praestare ō possumus quia
nobis displiceamus atq. ō praestare possumus quae nobis ēē fugi-
enda et omittere quae ēē nobis praestanda naturaliter judica-
mus quin displiceamus.
Obj. 1° existentia legis naturalis stabilitur ex affectibus qui nobis intimi
sunt qui virtutem exigunt, quorum que domini ō sumus atq. pariter
sunt in nobis affectus oppositi qui ad vitium impellunt et virtuti adver-
santur quorum domini ō sumus quamvis enitamur tales propensiones
e corde nostro avellere ō possumus.
Dist. Mi. sunt in nobis affectus qui ad vitium impellunt qui ō sunt
naturales et invincibiles quoad substantiam nempe quatenus sunt
propensiones versus bonum C. Mi. et illi affectus sunt naturales et Mi
ā qua parte sunt naturales eos omnino abolere ō possumus, sic
V.G. penes nos ō ē nullam sibi famem habere at vero si praescriptus

Similites perumpant affectus naturales ō sunt ē proportio virtutem inter et mentem nostram id ē fundata in virtutis et mentis natura Dati sunt affectus hi a naturâ ut invigilemus propriae conservationi qō affectus qui ad vitium alliciunt naturales ēē ō pūnt qō sunt corrigendi.

Obj. 2º Quod ē naturale ab omnibus noscitur, universale ē constans et uniforme omni aetate loco et tempore ab ipsa mentis origine cognitum atq. ō sic se habet lex naturae.

Resp. 1º Dist. Maj. quod ē naturale ē universale quantum ad 1a principia C. quantum ad conclusiones remotas ~~&~~ N. Maj.

Resp. 2º N. Maj. ō omnino verum ē quod ē naturale semper actu et de facto a prima mentis origine cognoscit, aut ēē naturale ac omnino constans et uniforme. cum enim dicimus ēē legem naturalem in nobis hoc unum intelligimus homines ita factos et comparatos ēē ut modo ratione rectae utantur ad attentionem legis necessariae existentiam deprehendant sine ullo discursu praevio vel saltem cum facillimo ō vero eo sensu quod actualis et explicita legis cognitio nobis impressa fuerit a natura a primo instanti creationis. Et vero plura sunt a natura indita quae ō nisi post temporum periodos explicantur ac manifestantur sic arbores ō statim folia flores et fructus producunt licet naturale sit arbores haec producere; ~~naturale ē malo a~~ qō principia moralia pūnt ēē naturalia quamvis apud omnes eadem ō sint explicita

Prōo 3a

Existit lex naturalis Stricte Sumpta

Argumentum Primum

Legis stricte Sumptæ tres sunt proprietates nempe ut sit regula agendorum clara et apud omnes promulgata ut sit profecta a voluntate Superioris ut tandem sit sanctione poenarum et præmiorum confirmata et nomine legis naturalis stricte Sumptæ intelligitur lex a Deo imposita, ad quæ sole numinis lumine nota atq. existit lex hujus modi vel enim Deus imposuit hominibus legem faciendi quædam et alia fugiendi vel omnes et quaslibet actiones eorum arbitrio permittit. atq. hoc absurdum ē 1º quia Deus improbat et aversatur malum bonumque essentialiter diligit et approbat gō ō pt ō approbare et ō confirmare dictamen rāonis imperat que omnia quæ suadet rāo et vetat quæ sunt rāoni contraria nec pt ut indifferentes habere omnes hominum actiones. 2º quia si deus haberet ut indifferentes hominum actiones quælibet crimina possent committi nec major eēt obligatio faciendi bonum quam malum fugiendi atq. repugnat sapientiæ Dei ut omnia crimina possent impune committi ut nulla sit obligatio malum fugiendi et bonum faciendi quod essentialiter ~~audit~~ odit Deus. illud odit ubique reperitur ac proinde in creaturis gō actiones ō sunt indifferentes apud Deum

Argumentum 2um

Deus habet jura legislatoris fecitque homines rationis partici-
pes, electionis meriti et demeriti voluptatis et doloris capaces
quales oportet ee et sufficit ut legi subjiciantur atq. si Deus
nullam hominibus legem praescribere voluisset ō fecisset homines
quales oportet ee et legi subjici. Deus enim nefas id frustra. atq
inutile eet homines condere quales oportet ee ut legi subjiciantur
et legem praescribere voluisset enimvero facultates quae hominem
idoneum efficiunt ad legem recipiunt sunt intellectus volun-
tas et libertas atq. facultates nobis eent inutiles, si Deus nullam
nobis legem imposuisset si enim homo sibi ipsi suae que voluntati
eet permissus si rationis dictamen spernere et pro arbitrio
respuere permisisset 1o solo instinctu homo ducendus eet qo foret
inutile lumen rationis 2o. in apparentias boni ruere deberet et
ad rerum speciem assensum dare qo nihil conduceret activa
in bonum et potestas judicium suspendendi 3o. si nulla eet lex
et nulla obligatio nulla eet ineptio facienda qo inanis reflexionis
potestas.

Praeterea ō fortuita et lubrica inquit burnamachi contigit
ut existeret concursus relationum quae legislationi conveniunt
finem profecto destinatum que scopum respicit tam singularis
rerum congruentia ad legislationem aptata ut oculi compositio

v. G. Demonstrat aliquem ēē ejus finem nempe visionem
q̄o dotes requisitae ex parte Dei ad fundandam legem et ex
parte hominis ad eam recipiendam ō potuissent concurrere nisi
Deus voluisset hominibus legem praescribere alioquin haec proportio
irrita ēet inutilis

Argumentum 3um

Deus homini ō dēē in necessariis neque ei minus providet quam
brutis. atq. Deus brutis impressiones indidit quibus suos in fines
diriguntur q̄o debuit homini legem imprimere ipsi longe magis
necessariam quam brutis quae ad suum finem sese dirigere
haec lex dicitur lex naturalis
Et vero ille hominibus legem imposuit qui entia ad proportionatum
finem dirigit qui inter actiones alias mercedi alias suplicio destinat
atq. Deus actiones aut mercedi destinat aut suplicio ā actiones
sunt bonae vel malae atq. Deus mercedi bonas actiones, et suplicio
malas destinat. Deus videt eas actiones quales in se sunt q̄o laudat
bonas et malas aversatur, q̄o magis eliget probis benefacere sceleratis
vero et impiis mala quae merentur ō poterit ō irrogare illas
que parit et eodem pondere ō pt aestimare q̄o actionum earum
autoribus aequalia rependere ō pt q̄o actiones humanas alias praemio,
alias poenae deputabit q̄o actiones illas dirigit et legem imposuit
Et certe Deus nobis legem imposuit si creando hominem eum
ad aliquod destinavit si vult ut tendant homines ad eum finem
ut abstineant ab iis quae huic fini sunt contraria et ut mediis

utantur idoneis ad finem constitutum obtinendum. atq. 1°. Deus hominem creando eum destinavit ad finem ē enim ens sapiens atq. ens sapiens nihil agere pt quin finem intendat. insuper vel Deus hominem ad finem aliquem destinat vel mundum moralem fortunae ludibrio permisit et nullam habet procurationem rerum ordinis moralis creaturas que rationales sine praeconcepto concilio condidit eam que ad nihil fecit atq. hoc ē falsum Deus enim naturam corpoream tam mirabili ordine composuit ut singulas partes in finem proprium omnes vero in finem communem direxerit res corporeas etiam viliores prosequitur magna cura. atq. repugnat ut ens quod res corporeas viliores prosequitur cura et singulas in finem proprium direxit mundum moralem fortunae ludibrio permiserit res excellentiores administrare praetermiserit, ac sine praeconcepto fine creaturas rationales condiderit easque si fas ē dicere ad nihil fecerit. omnia facta sunt ad utilitatem hominum vel arbores pecudes. ā v. h. cursus astrorum ordinati sunt ad usum hominum. atq. justum ō ē ut magis curetur id cujus gratia ē aliud quam quod illusum alterius comparatum ē. Praeterea Deus dedit homini rationem atq. rāo tendit essentialiter ad finem sibi proprium et peculiarem ā rāo differt a rāonis defectu. atq. in rāo tenderet ad aliquem finem ō differret a rāonis defectu rāo ō pt essentialiter differre a rāonis defectu nisi in quantum rāo et rāonis defectus suscipiunt relāones essentialiter varias. atq. relāones diversae arguunt finem essen-

tialiter diversum pro utroque ḡo rāo tendit ad finem sibi propria
am ḡo 1º Deus hominem creando eum destinavit ad finem
2º vult Deus ut homines abstineant ab iis quae sunt contraria
fini sibi constituto, et ut utantur mediis idoneis ad finem assequendum
vult enim ut illum finem assequantur et assumant media ad eum
assequendum atq. ō pūnt hunc finem assequi per actiones oppositas
ḡo quasdam actiones praecipit Deus et alias prohibet.

Argumentum IV

Deus certe praestitit quod absolute necessarium ē ad tutelam et
conservationem generis humani. atq. ad tutelam et conservationem
humani generis absolute necessarium ē ~~duplex~~ ut lex aliqua praescribatur
ā ad tutelam et conservāonem humani generis absolute necessa-
rium ē ut lex aliqua praescribatur si summa rerum pertur-
batio omnium in omnes bellum totius societatis eversio oriretur
nisi dirigerentur ac limitarentur legum praeceptionibus hominum
actiones et cupiditates si neque publica neque privata hominum
commoda in tuto collocari possent nisi leges aliquae haec omnia
tueantur, si forta homicidia caetera que hujus generis flagitia
arceri nequeant nisi urgeat legum autoritas. atq. sic se res habet,
et fatentur adversarii nominatim que obbius ut tum privatorum
~~tot~~ tum societatis bono per leges publicas consuleretur
Et certe genus humanum ē familia cujus parens ē Deus atq.
nullus ē parens sapiens et bonus qui negligat filios suos autoritate

Suis que conciliis dirigere ut in domo sua pacem instituat et conservet, ergo fingere ō licet similem Dei erga genus humanum curam ō extitisse

Argumentum V^um

Praescriptam nobis divinitus legem fuisse probant illae naturales propensiones quas in nobis met ipsis experimur ad quaedam laudanda et alia condemnanda conscientiae remorsus et pavores uti male ~~ad~~ gaudium et pax uti bene actum ē consensus populorum, timor dei vindicis qui semper apud omnes viguit, tandem spes desiderium augurium que mercedis propter bona opera rependendae. Insuper omnes vehementer optarent iis assimilari qui virtutem assidue colunt omnes que etiam perditi homines virtutem libenter colerent nisi ad eam colendam suis cupiditatibus vim inferre cogerentur, quod probat sensum justi et injusti nobis ēē naturalem et legem a natura nobis ēē praescriptam

Corollarium

Legi naturali sanctionem adjunxit Deus mercede proposita et supliciis impositis.

Prob. legem naturalem hominibus imposuit Deus ea intentione ut ad illius praxim obligarentur. atq. nisi praemiis aut supliciis legem naturalem sanxisset jam ad illius observationem ō obligarentur homines. Si enim lex naturalis ēēt iniqua et injusta ad illius observationem nemo obligaretur. atq. nisi ~~in~~ praemiis ac

suplicijs sancita fuerit, jam eēt iniqua et injusta ut enim onus legis censeatur justum, oportet ut veniat in partem felicitatis ejus qui legem sedulo impleverit aliter enim lex eo tenderet ut spoliaremur jure quod habemus ad felicitatem capessendam.

Prōo 4a

Lex naturalis eadem ē apud omnes secundum prima principia et conclusiones proximas ō autem secundum conclusiones remotas.

Prob. 1a Pars. ~~eadem~~ ea lex eadem ē apud omnes gentes secundum prima principia et conclusiones proximas cujus prima principia sunt omnibus nota et conclusiones proximae atq. 1a principia legis naturalis sunt omnibus nota, sic v.g. omnibus nota ē haec prōo. alteri ne feceris quod tibi fieri ō vis

Et certe lex naturalis prout in nobis existit et ē cognitio ordinis naturalis quem Deus observare jubet et perturbare vetat, ē que fundata in rāonis ppiis et scripta in cordibus nostris, gō ō magis ignorari pūnt prima ejus ppia quam prōones per se notae et conclusiones ex his deductae

Et vero nemo rāonis usu praeditus frustra accepit rāonis facultatem atq. si quis usu rāonis praeditus ignoraret prima ppia frustra accepisset rāonis facultatem, qui enim ignorat invincibiliter prima ppia legis naturalis, nullum pt sibi constitutum finem detegere ad quem actiones suas dirigere teneatur. atq. frustra liberam et expeditam rāonis facultatem accepisset qui

nullum posset sibi constitutum finem detegere ad quem actiones dirigere teneretur siquidem omnemmus in eo consistit ut ea duce possimus actionum nostrarum deprehendere. qui invincibiliter ignoraret prima ppia legis naturalis, creatus quodam modo fuisset ad vitam degendam temere sine fixo determinato que fine ac concilio nescius tum extremi ad quod tendat tum viae cui insistere debeat atq. frustra ratione praeditus eet qui natus eet ad vitam hoc modo degendam

praeterea nemo ratione praeditus deum invincibiliter ignorat sed qui Deum ō ignorat invincibiliter eo ipso invincibiliter ō ignorat ppia legis naturalis Deo enim cognito detegere pt quibus officiis in ordine ad Deum obstringatur nempe amoris gratitudinis obedientiae timoris &c. pariter in se reflectens in facultates quibus ornatur et propensiones quas naturaliter experitur, facile agnoscit praecipuos saltem fines ad quos actiones dirigendae sunt.

Prob. 2a Pars. ea lex ō ē una et eadem apud omnes gentes quoad conclusiones remotas ex qua variae conclusiones deducuntur, atq. ex lege naturali variae conclusiones deducuntur, ō deducuntur enim nisi per discursum et ratiocinium quod certe ō ē idem apud omnes

Prōo ~~Sexta~~ Quinta

Lex naturalis ō pt ignorari quoad 1a ppia pars sed pt ignorari quoad conclusiones remotas.

Prob. 1a pars. illud ō ignoratur invincibiliter cujus cognitio facilis ē

cuilibet volenti atq. legis cognitio facilis ē cuilibet volenti saltem quoad prima principia si quidem ea conclusio menti exhibent rāo et conscientia.

Prob. 2a Pars Conclusiones deductae ex primis principiis legis naturalis ignorari pūnt post studium diligens ō deducuntur nisi via argumentāonis quae ō ē omnibus obvia et in qua errant periti

Obj. Sequiretur ex 2a parte prōonis mandata dei ēē impossibilia atq. hoc absurdum ē

Dist. Maj. ēē impossibilia relative ad eos qui ō peccant ea ō observando C. Maj. relative ad eos qui peccant ea ō observando

N. Maj.

Prōo Sexta

Deus nullo modo pt abrogare legem naturalem nec ab ea dispensare.

Prob. 1a Pars. ~~approbar~~ abrogare legem naturalem foret reddere bonum et licitum quod ēēt malum atq. Deus id praestare nequit. Deus ō pt mutare essentias rerum atq. Deus mutaret essentias rerum si Deus redderet bonum quod ēēt ex se ~~bonum~~ malum quia bonum et malum differunt

Et certe si Deus posset reddere bonum et licitum, malum odium dei posset ēē licitum, atq. hoc falsum ē ā si odium dei ēēt licitum 1o. Deus posset concipi ut odio dignus. 2o. odium illud posset a Deo ipso imperari. atq. haec Duo falsa sunt, primum

ut per se patet, ā repugnat ens perfectum concipi posse ut odio dignum secundum pariter idem enim actus ō pt eē simul odium et amor Dei atq. si Deus posset imperare odium sui idem actus foret simul odium et amor Dei. 1º. eēt odium Dei in hipotesi 2º. eēt amor Dei ā quod exercetur ut Deo præcipienti obtemperetur includit amorem Dei. atq ex hipotesi actus odii Dei eliceretur ex imperio Dei, gō idem actus eēt simul odium et amor Dei.

Prob. 2a Pars. ā si Deus dispensare posset a lege naturali vel id præstaret bonum efficiendo quod eēt malum vel dando licentiam mali committendi atq. neutrum dici pt ō primum, quia ō pt mutare essentias rerum ō secundum ā ens sanctum ō pt dare licentiam peccati committendi.

Obj. 1º. lege naturali prohibitum ē occidere quemquam atq. tamen ab hac lege multi dispensantur et ipse Deus dispensavit præcepit enim Abrahamo ut filium suum occideret. atq. hoc posito Deus dispensavit illum ab eo legis naturalis præcepto quod vetitum ē homicidium

Resp. 1º. Dist. Maj. lege naturali prohibitum ē occidere autoritate privata C. Maj. autoritate publica et jussu Dei vel in extremo vitæ periculo N. Maj. scilicet nemo sua autoritate hominem pt occidere sed id pt in extremo vitæ periculo

vel autoritate publica cui jus illud a Deo concessum ē
ā contra legem naturalem agere censendus ō ē Carnifex V.g.
qui autoritate publica hominem occidit vel miles in bello justo.
Resp. 2º ex. Mi. ut Deus censeatur dispensasse ab eo præcepto
legis naturalis quo vetitum ē homicidium deberet vel jubere
vel permittere homicidium in circumstantijs in quibus adver-
saretur legi naturali atq. id Deus ō fecit ā homicidium gene-
ratim sumptum ō adversatur legi naturali nisi cum fit
injuste et propria autoritate atq. abrahamus paratus ō fuit
filium occidere propria autoritate sed ex mandato Dei ex
secundum ordinem et juste se gessisset ex in illo casu con-
cessa ō fuit dispensatio a præcepto quo vetitum ē homicidium
Sub. venia data occidendi hominem eo genere homicidij quod
fuisset grave peccatum contra legem naturalem dei dispen-
satione fuit dispensatio propriè data atq. talis fuit venia
inclusa præcepto quod abrahamo datum ē occidendi filium
suum ex Deus precipiendo abrahamo ut filium occideret
dispensavit a lege naturali.
ex. Maj. ā Deus præcipiendo Abrahamo ut filium occideret
mutavit objectum quo vetitum ē homicidium sed ō dispensavit
ad obligationem ejus præcepti scilicet objectum sed materia
præcepti ō occides ō ē qualiscumque occisio hominis sed ea
solum modo quæ fit autoritate privata et sine ratione justa

porro Deus cum sit omnium arbiter et dominus quicumque voluerit dare pt facultatem hominem occidendi unde solum immutavit materiam ejus praecepti ō occides efficiens ut occisio quae fuisset materia praecepti ō fuerit per praeceptum prohibita propter jussionem

Ins. ut Deus censeatur dispensare a praecepto legis naturalis necesse ō ē ut actio quam jubet vel permittit adversetur legi naturali etiam cum exercetur cum dispensatione Dei seu ut ainut, in sensu composito dispensationis sed sufficit ut actio aut alia quaelibet ō sit contraria legi naturali quando semel intercesserit dispensatio Dei. atq. hominis occisio per se contraria legi naturali desinit ēē talis interveniente Dei praecepto

N. Maj. ā ō intelligitur qua rāone superior censeatur subditum ab onere legis dispensare nisi pro summa sua autoritate subdito permittat ut aliquid contrarium legi faciat V.G. si princeps in regno prohibuisset ut quis noctu ferret arma ō videtur quo pacto aliquem ab lege obligatione dispensare nisi veniam ei faceret arma ferendi noctu quo quidem in casu permitteret actionem contrariam legi in sensu composito dispensationis tunc subditus arma ferens ō peccaret in principem propter

dispensationem ab eo concessam sed actionem exerceret contra legem principis quae duo sunt diversa. Cum Deus ō jusserit Abrahamo ut actionem exerceret contrariam legi naturali quando quidem homicidium autoritate Dei commissum ō aversatur legi naturali consequens ē Deum hoc jussu ~~mutatas~~ mutasse objectum praecepti quo vetitum ē homicidium sed ō dispensasse Abrahamum ab ejus praecepti obligatione quia ō praecepit homicidium in circumstantiis in quibus illa actio fuisset contraria legi.

Ins. ille proprie dispensavit quia sua autoritate fecit ut actio quae fuisset injusta, fuerit justa. atq. Deus id effecit praecipiendo abrahamo ut filium occideret.

Dist. Maj. qui effecit ut actio quae fuisset injusta facta fuerit justa in casibus per legem ō expressis. C. Maj. qui id effecit in casibus tantum lege expressis ex. Maj. ā ad dispensationem ō sufficit ut quis autoritate sua faciat ut actio alias injusta fiat Justa alioquin Judex praecipiens carnifici ut hominem occidat dispensaret a lege naturali, sed ut quis dispenset requiritur ut legem quae fertur et ex se exceptionem ō habet in circumstantiis restringat uti hominem haberet. atq. lex de ō occidendo prout a lege naturali proficiscitur hanc exceptionem importat nisi Deus vel respublica id postulaverint. hinc autoritas Dei se habet ut conditio sine qua ō ocureret casus particularis

lex. ō autem dispensatio legis homicidium prohibentis.

Ins. ideo superior eclesiasticus permittens carnium esum dispensare censetur a lege jejunii quia autoritate facit eam actionem licitam quae alioquin foret illicita. atq. id praestitit Deus in casu Abrahami ergo Deus in hoc casu dispensavit

Dist. Maj. ideo superior eclesiasticus censetur dispensare a lege jejunii permittens carnium usum quia autoritate sua licitam facit actionem quae fuisset illicita, quia inquam eam facit licitam in casu expressae per legem ō excepto C. Maj. praecise quia licitam facit actionem alioquin illicitam est. Maj. si casus ille in quo permittitur actio illicita ō excipiatur per legem tunc dispensat superior quia relaxat legem in casu pro quo ē lata verum si casus excipiatur per legem in eo superior ō dispensat, quia tunc ō relaxat legem ~~qua~~ pro casu pro quo ō ē lata porro casus in quo Deus praecepit hominis occisionem, habet suam exceptionem in naturali praecepto ō occides proinde que Deus ō dispensavit

Ph. 2º. alia ō nulla dant exempla quae monstrant Deum dispensasse a praeceptis legis naturalis ā fornicatio furtum poligamia dissolutio matrimonii sunt contraria legi naturali atq. in his dispensavit deus; id 1º. quidem praecipiendo Oseae ut habitaret cum muliere fornicaria in 2º. permittendo ut hebrei aegiptiorum aufferrent vasa aegipt. 3º. permittendo patriarchis ut plures uxores haberent

4° permittendo libellum repudii in 5° permittendo fratres cum sororibus conjugium jungerent.

Resp. ad singula ad 1um Deus ō permisit Oseae ut habitaret cum muliere fornicaria nisi transmisso ipsi dominio in ejus corpus unde imperando actum illum fecit quae erat antea aliena fieret Oseae propria et ejus conjux ō ita accessit ad mulierem quae fornicaria ēat eo tempore quo eam duxit Sed quae fuerat antea fornicaria: nec ē quod nobis objiciantur et verba quod tibi filios fornicationum ā eo sensu intelligi debent quod filii ab Osea suscipiendi ex ea muliere matrem haberent quae aliquando fuisset scortum ō quod ex concubitu illicito ēent suscipiendi ad secundum cl. Ante. ō furtum ē rei alienae subrepto quae fit invito Domino. atq. hebreis rem alienam ō subripuerunt in casu memorato haec enim aegyptiorum vasa a Deo supremo bonorum domino Hebreis concessa fuerant.

Ad 3um Deus permittendo Judeis pecuniam alienigenis ō in praecepto legis naturalis tunc enim Deus pro summo in res omnes dominio Judeis concessit ejus modi pecunias a Deo quae in legem naturalem hi ō peccaverunt quia pecuniam acceperunt ō vi mutui et privata sua autoritate sed vi derivativis a Deo facta.

Ad 4um nullo argumento probari ut poligamiam ēe legi naturali contrariam quamvis vetita sit lege positiva Christi nec

quia in hoc Statu ō ita facile sit et commoda prolis educatio quam ēē pt in monogamia tamen ipsa per se poligamia nihil mali continet quid potius videtur ad majorem generis humani propagationem accomodata.

ad 5um Duplex adhiberi solet responsio. 1a ē legem qua Deus divortium permisit Judeis ō fuisse permissionem approbativam sed toleratívam hoc ē tolerantiam minoris mali ad declinandum majus hinc volunt ō nulli per libellum repudii solutum ō fuisse vinculum matrimonii 2a responsio ē matrimonium lege naturali ēē indissolubile cum initur ea lege ut sit indissolubile quia ~~lege~~ jure naturali unusquisque tenetur promissis stare hinc in primaeva hominum aetate et lege positiva fuit indissolubile quoad vinculum dicente Deo relinquet homo patrem suum et matrem suam et adhaerebit uxori suae et erunt duo in carne unâ. Sed cum Deus statuerit posse Judeos ex circumstantiis matrimonium dissolvere ~~ac~~ hac lege positiva factum ē ut matrimonium ō amplius ēēt jure naturali apud Hebreos indissolubile ut pote quod deinceps contractum fuerit eâ lege ut foret dissolubile.

ad 6um cum propagari deberet genus humanum nec plures males et foeminas creasset Deus necesse erat ut fratres cum sororibus connubio jungerentur. atq. nihil quidquam in hoc ē quod adversetur legi naturali in his circumstantiis.

Obj. 3°. Deus dispensare pō a lege naturali, si homo pt mutare jus naturale. atq. homo pt mutare jus naturale. ā rerum communitas ē de jure naturæ atq. ea sublata introducta ē in ejus locum rerum divīo jure humano.

Dist. Maj. rerum communitas ē de jure naturæ negative. C. Maj. positive et v. Maj. illud de jure naturæ negative quod natura rationalis nec præcipit nec prohibet. illud de jure naturæ positive quod nō præcipit ut necessarium.

Obj. 4°. Libertas ē de jure naturæ positivo. atq. libertas tollitur potestate humana.

Dist Maj. libertas ē de jure naturæ dominativo C. de jure naturæ præceptivo. v. Maj. Distincta minore v. Con. ita que jus naturæ dupler ē etiam positivum nempe dominativum et præceptivum. jus naturæ dominativum ē positivum dominium a natura concessum. jus naturæ ē regula immutabilis bene operandi fatetur libertatem hominis pertinere ad jus naturæ dominativum et ego eam pertinere ad jus naturæ præceptivum quamvis enim natura dederit homini dominium suæ libertatis nō præcipit tamen ut illam retineat nec vetat quemminus eam possit amittere vel propria voluntate vel potestate rei publicæ quæ cum habeat ejus dominium in cives suos quamcunque libet libertas pt interdum alicui eripere libertatem.

Et vero nullius rei dominium magis ē naturale homini quam vitæ suæ et respublica justis de causis pt vitam eripere

go quod ē de jure naturæ dominativo ō solum negative sed etiam positivè pt autoritate humana mutari secus vero jus naturale præscriptivum

Obj. 5° lege naturali prohibetur usurpatio alienæ atq. potestate humana dispensatur in hac prohibitione per præscriptionem jure humano inductam.

Dist. Maj. lege naturali usurpatio rei alienæ invito rationabiliter C. cum dominus ō ē rationabiliter invitus N. Maj. lex itaque naturæ ō semper prohibet usurpationem rei alienæ sed quandiu aliena ē et quandiu dominus in sua potestate retinere pt unde si desinat ēē aliena aut dominus eam diutius retinere ō valeat ēē tunc lex ō obligat amplius pro isto casu nec mutāo inducitur in legem per translationem ejus rei a priori domino ad novum sed in materia quæ natura mutabilis ē ita lex naturæ prohibet violationem libertatis alienæ quandiu dominus ejus eam ō alienavit aut per potestatem reipublicæ ō ē ablata. ac si dominus ejus illam vindiderit aut respublica eripuerit lex naturalis ō obligat illius respectu nempe propter dominium ejus. voluntate alienatum aut ab una persona ad aliam translatum

Obj. 6° e Natura concessit homini jus contrahendi matrimonium atq. jus illud mutatum ē. a homo ō pt condere testamentum aut contrahere matrimonium nisi adhibitis solemnitatibus.

Dist. Mi. jus illud mutatum ē per additionem C. Mi. per detractionem N. Mi. jus naturale pt quidem mutari per additionem quod ō ē mutari cum mente remaneat. at ō pt sine integritatis amissione mutari per detractionem porro cum aliquae ~~mutationes~~ mutationes per leges civiles factae sunt matrimonii nihil detraxerunt jure naturali quod homini competit circa matrimonium homo habet a natura jus contrahendi matrimonium et condendi testamentum ō sine testibus et aliis solemnitatibus quas postulat respublica id faciat. ā jus privatum debet sedere juri quod habet respublica in ordine ad bonum promovendum ad quod plurimum serviunt matrimonii solemnitates

Obj 7º Summus pontifex dispensat in juramento atq. votum et juramentum obligant lege naturali.

Dist. Maj. pontifex dispensat in juramento mutata materia C. manente materia N. Maj. materia voti et juramenti ē res deo promissa vel jurejurando ei obstricta et a deo abstrectata quae promissio cum a Deo acceptatur, ō relaxatur per ecclesiae potestatem ideo que ecclesia ō dispensat in voto et juramento sed declaratrem promissam aut jurejurando obstrictam ō acceptari amplius a Deo

Ins. Summus pontifex dispensat in matrimonio rato et nondum consummato atq. in matrimonium ratum obligat jure naturae.

Dist. Maj. dispensat in matrimonio mutata materia matri-

monii C. remanente N. Maj. materia legis naturalis obligantis conjugem ad onera matrimonii inter eos quo stante nulla dispensatione fieri pt ut fidem violent declarat itaque Ecclesia vinculum ō permanere amplius inter conjuges ad illud ō solvit

Ins. Si dispensationes quae conceduntur in voto et matrimonio ō eent proprie dictae dispensationes opus ō eet recurrere ad pontificem in illis casibus cum dispensationes forent interpretationes legis et sapientis interpretari legem absurdum consequens gō et Ante.

N. Maj. ā matrimonii et gaudii dispensatione duo consideranda sunt primum relaxatio vinculi matrimonialis et promissionis a deo acceptatae. Secundum, relaxatio verbi dati Deo aut homini a vovente aut contrahente matrimonium. Eclesia ō relaxat vinculum matrimoniale aut promissionem a deo acceptatam quandiu acceptatur ideo que ō dispensat in voto et matrimonio ac relaxat verbum promissionis datum a voventibus et contrahentibus quod verbum cum ō sit cujus libet hominis relaxare ad arbitrium merito Eclesia dicitur dispensare. Sumpta dispensatione pro verbi obligatorii relaxatione ō autem pro revocatione obligationis ortae ex illo verbo. Et certe si possit homo relaxare verbum promissionis alteri circa ~~summam~~ summam pecunia abs eo quod dispenset in lege naturali, pt a fortiori Eclesia verbum promissionis

relaxare quando judicat id ō amplius acceptari ab eo cui datum ē

Scolium Primum

Quidam volunt Deum posse potentia dispensare a praeceptis ō primariis sed secundariis legis naturalis verum haec opinio falsa ē. quid quid prohibetur vel per primaria vel per secundaria legis naturalis praecepta dissentaneum recto ordini facultatum usui atq. nequidem divinitus fieri pt homini copia id agendi quod dissonat recto ordini et facultatum humanarum usui

Scolium Secundum

Quando dicitur legis naturalis praecepta ēe invariabilia id ō eo modo intelligendum ē quo solet perperam ꝯ a pluribus intelligi ita ut putetur rem et actionem lege naturali prohibitam in aliqua circumstantia semper et in omnibus circumstantiis eo ipso prohiberi ā lex naturalis ō prohibet nisi quod adversatur recto ordini ā rectus ordo exurgit ex variis ad sese rerum relationibus mutatis porro circumstantiis mutantur rerum relationes gō quod disconveniens erat rerum ordini quadam in circumstantia pt ei ō repugnare in altera ac proinde per legem naturalem prohiberi in primo casu ō prohiberi in secundo unde merito dixit Autor recens leges ex primitiva rāone dirivari et aliud ō ēe consectarium ex variis entium inter se relationibus

Prõo 7a

Autoritatis legislativæ origo ab ipso deo repeti debet.

Prob. ab eo enim repeti debet principium autoritatis legislativæ qui Solus vim habet Suis legibus obligandi. atq. Deus Solus vim habet Suis legibus obligandi Eis quippe Solus vim habet obligandi Suis legibus qui Soli competit autoritas certa qua Sibi vindicet dotes ad legislationem requisitas. atq. Soli Deo competit autoritas certa qua Sibi vindicet dotes ad legislationem requisitas. tres enim Sunt dotes potestas beneficentia et Sapientia. atq. Soli Deo competit autoritas certa qua Sibi potestatem vindicet, ã inter homines V. G. nulla Sunt indicia quibus apud omnes constet quinam hominum Sint ceteris potentiores quidam capaciores societatis felicitatem efficiendi promovendi. Similiter Soli Deo competit autoritas qua Sibi vindicet beneficentiam et Sapientiam præcellentem nulla quippe Sunt indicia certa quorum ope convenire inter omnes possit quinam hominum Sint ceteris Solertiores et meliores quando quidem ebetiores præstantem Sibi prudentiam arrogant et hominum genium Sæpe Simulant bonitatem a vera aut facile Secernendam patet igitur nulli præter Deum autoritatem competere qua juste Sibi potestatem Sapientiam vindicet. quarum optentu in alios jura Sibi arrogare qõ autoritatis principium et origo ab

ipso deo repeti debet.
Hinc ait Apostolus ō ēē potestatem nisi a Deo hinc dicunt phylosophi morales singulos homines in statu naturae aequales ēē et paribus gaudere juribus atque obligationem quae nunc viget nos publice et civili dominationi subjiciendi proficisci tantum ex institutione divina seu ex ordine praescripto ad humani generis utilitatem cui parere tenentur omnes quoniam ad obediendum Deo unusquisque obligatur. juvat expressa prōne monstrare ordinem ēē divinitus institutum deum que potestatem fecisse hominibus leges condendi civiles et obligatorias.
Sic itaque

Prōo 8a

Viget apud omnes autoritas legislativa quae ex dei institutione derivata sit
Prob. ut vigeat autoritas, sufficit ut Deus penes quem ē principium autoritatis fecerit potestatem leges civiles et vere obligatorias condendi. atq. Deus fecit hominibus potestatem leges civiles condendi. ā illam potestatem tribuit Deus hominibus quam praesentis hominum status indigentia et necessitas postulat. atq. leges civiles apud homines ferri posse et praescribi postulat praesentis hominum status indigentia et necessitas ā plures occurrunt circumstantiae in quibus expedit bonum tum privatum tum publicum ut uniformes teneatur ab omnibus agendi norma vi luminis naturalis praes-

cripta et designata. V.G. ad seditionem furorem continendum expedit ut cives armis spolientur et ea gestare ō permittantur; ad fraudem arcendam requiritur ut certa vigeat contractuum forma et cætera ejusmodi, quamvis ea ō designentur et præscribantur per lumen naturale ergo viget apud homines autoritas legislativa quæ ex divina institutione derivata sit.

Et vero homo ad societatem destinatus a Deo et factus ē. atq. stare nequit societas sine peculiari dominatu seu quod idem ē, sine legibus quæ bonum societatis tueantur. quippe sive eæ leges politice ferantur ad efficiendum tuendumque societatis bonum unusquisque tantum concilio et impetu ducetur, privatique commodi sollicitudine et cum sint tot sensus quot capita ac sua quemque cupido trahat, necessario inter cives exurgent dissidia ignorantia et aliæ hujus generis vitiositates. atq. manifestum ē stare ō posse societatem uti perpetuus dabitur locus dissidiis et aliis vitiositatibus.

Ex hac assertione intelligitur quanta sit submissione et obedientia parendum legibus etiam civilibus et potestati publicæ hinc apostolus divinæ ordinatione resistere illos et dominationem acquirere qui potestati principum resistunt, his que docet obsequendum ēē ō solum propter iram sed propter conscientiam

Corollarium Primum

Go jus quoque Supliciorum inflictione leges suas satiendi.
Prob. ill inutiles sunt leges quae pnt violari. Et certe eo fine
lex praescribitur ut reprimat imprudentes, ignaros erudiat
hosque convertat ad officia bono generis humani inservientia atq.
sine Supliciis reprimi ō pnt facinorosi quae semper in pejora
flagitia, corruerent. nec imprudentes regulis et ignari doctrinae
Suljici pnt absque Supliciis quibus impediatur quominus praefractae
et pertinaciter versentur in erroribus bono communi noxiis.
ē igitur vindicta quaedam publica quam lex naturalis et divina
ō solum permittit sed etiam approbat et instituit

Corollarium Secundum

Jus ō nunquam hominibus competit leges civiles sanciendi
poenam ortis.
Prob. tanta ē aliquando licentia sceleris et rebellii ut emen-
dari nequeat parum scilicet poenas reformidantibus his qui sunt
ad haec flagitia proclives, atq. quando nulla spes ē emendationis
aut prohibitionis scelerum per laeviora Suplicia. imponi pt quae-
poena mortis ad sanciendam legis saltem necessariae observati-
onem et Deus qui legum ferendarum potestatem fecit homi-
nibus censendus etiam ē his in occasionibus jus vitae humanae
autoritati communicasse

Quaeres 1º quaenam sint media quibus prima legis naturalis ignotescere
punt ppia

Resp. reflexione in animam et relationes entium ad nosmet ipsos
ā reflectendo in naturam nostram statim intelligimus nos ō exis-
tere, neque necessario expeditae facultatum plurimarum copia exornari
proinde intelligimus nos ēe ab alio ente perfecto dependentes ~~ad eos~~ a
quo existentiam acceperimus, definito certe traditas concilio ō vano in
lusorio que fine et modo unde collegimus ab eodem ente perfecto
imprimi animis nostris sensum hunc intimum moralem quo cogitantes
facinora eas improbamus et alia recte facta probamus et collaudamus
reflectendo in relationes entium ad nos met ipsos et consectaria relationum
percipimus neque nos neque eos quibuscum vidimus assecuturos ēe finem
ad quem nati sumus. Scilicet creatoris gloriam nostram perfectionem
et felicitatem sed contra fini ēe obfuturos nisi ea quae ad ordinis
instituti cursum ac moderationem pertinent sedulo exequamur
et contraria eidem ordini, ~~debitam~~ vitemus et in facilibus quidem
ac solitis vitae occasionibus naturalis prudentiae lumen sufficit
ut dignoscamus quaenam accommodentur vel repugnent prae finito nobis
divinitus scopo sic intelligere possumus quo pacto ppiorum legis
naturalis notitiam homines assequuntur.

Quaeres. 2º cur sinat Deum secundaria legis naturalis ppia
plerumque ab omnibus ignorare quamquam finem a nobis praestitum
praestantiorem que et utiliorem facultatum usum concedamus
utilia ēe

Resp. 1°. hanc ignorationem poenam ēē peccati originalis. 2°. providentiae Dei invigilare tantum tenetur bono communi et ea tantum concedere, quae sunt necessaria ō vero quae sunt exquisitioris utilitatis. porro absolute necessarium ō ē ad bonum commune vel etiam ad destinatum privato cuique finem ut unus quisque secundariorum legis naturalis ppiorum cognitione informetur.

Quaeres. 3°. an possibilis sit lex humana merè poenalis, et an requiratur expressa significatio ut obliget sub culpae reatu

Resp. possibilem ēē. pt princeps legem ferre declarando se ō quidem velle ut in foro conscientiae obligentur subditi sed tamen subditi sunt obnoxii videlicet rerum nisi similis clausula vim legis temperet lex obligat sub culpae reatu hinc tuta conscientia ō agunt qui merces interdictas vendunt.

Quaeres 4°. an promulgatio sit de essentia legis.

Resp. ita se rem habere ā ē de essentia legis obligare atq. lex ō obligat nisi ignotescat, vel saltem ignotescere queat. atq. sine promulgatione lex ignotescere nequit. porro varia ē legis promulgatio seu manifestatio pro diversa illius origine et conditione lex naturalis conscriptione quadam in omnium mentibus vulgata ē nec super naturalis operatione miraculorum et praedicatione. lex humana ritibus quibusdam et testimoniis in vulgus indicatur.

Quaeres 5°. quid sit discriminis inter legem et concilium.

Resp. lex differet a concilio quia lex ē praeceptum in quo parendi rāo desumitur a voluntate praecipientis. proprie enim ō dicitur, sic volo, sic jubeo nisi stet pro rāone voluntas. contra concilium ē praeceptum

in quo rão parendi sumitur. ab ipsa re quae praecipitur. deinde lex ē ejus qui potestatem habet in eos quibus praecipit. concilium autem ejus qui potestatem ō habet facere id quod lege praecipitur, officii, quod concilio, arbitrii ē concilium ō datur nisi volentibus lex etiam ō entibus fertur jus conciliarii tollitur arbitrio ejus qui datur concilio. jus legislatoris ō tollitur arbitrio ejus cui lex imponitur. Denique legislator vult legem suam abs observari ut finis designatus subditus et constitus locum habere possit. contra vero concilium datur ō ut aliquis determinatus absolute finis locum habeat sed alius tantum finis condionatae tantum erga concilii observatores restitutus nempe quamvis officiorum observatio congrueret recto ordini si tamen ipsorum praxis sit difficilis sinere debet legislatoris benignitas ut haec sine culpa omittantur, nec eorum debet observationem exigere idcirco ō obligant concilia quamvis lex obliget.

Quaestio 2a
De Conscientia

Conscientia ē quaedam cordis scientia, inquit Stus Thomas et definiri pt judicium quod fert anima de rectitudine aut vitiositate varorum actuum recte observavit Burnamachi conscientiam ō aliud ē quam judicium quod infertur ex duabus praemissis subintelectis nempe ut de moralitate actuum nostrorum judicemus duas conferimus secum invicem prōnes quarum una legem continet altera actionem quae ponderanda venit quaquidem ex comparatione tertia prōo infertur quae ē judicium quod de moralitate actus nostri ferimus tale fuit V. G. hoc ratiocinium quo Judas se ipsum condemnavit.

quisquis mortē innocentem objicit Scelus admittit hæc ea Se legem
atq. innocentem morte objeci qō Scelus admisi, en conclusionem
seu judicium quo Sanum Sibi nefas exprobravit.

Conscientia vel ē recta vel erronea certa vel dubia

Conscientia ē recta quando judicatur de bonitate aut malitia actionis.

Conscientia ē erronea cum falso judicatur licitum quod ē in se malum
et vicissim.

Conscientia probabilis ē judicium de bonitate aut malitia alicujus
operis nixum rationibus ō tamen indubitatis.

Probabilitas multiplex ē, nempe intrinseca et extrinseca, absoluta
et relativa. intrinseca ē ea quæ intrinsecis momentis fundatur.
extrinseca ē ea quæ nititur auctoritate. absoluta ē ea quæ res
independenter a judicio mentis ē probabilis vel probabilior. relativa
ē ea qua quis judicat opinionem aliquam fore admittendam examen
ēe vel probabilem vel probabiliorem opinione opposita

Notandum ē aliud ēe opinionem ēe probabilem aliud ēe tutiorem
opinio tutior ē quæ magis removet a periculo peccandi opinio pro-
babilior ē ea quæ gravioribus nititur momentis.

Sine sequitur probabilitatem ō ēe aliquid absolutum sed relativum
ad opinionem quod enim ē probabile respectu unius, ē aliquando
improbabile respectu alterius.

Sect° I^a

Contra conscientiam agere semper malum ē ō ideo tamen
a peccato semper excusatur qui agit. Juxta conscientiam

Prob. 1a pars malum ē voluntatem habere peccandi et facere quod malum ē. Sed qui agit contra conscientiam habet peccandi voluntatem et facit quod malum judicat.

Prob. 2a Pars ā conscientia ē erronea atq. malum ē agere juxta conscientiam erroneam ā juxta conscientiam erroneam agere dicitur qui falso putans aliquid ēē licitum, illud agit cum errorem eum vitare potuit et debuit. atq. peccat qui agit quod falso putat licitum si errorem illum vitare potuit et debuit

Et certe conscientia ē judicium internum quod ferimus de conformitate actus cum lege gō conscientia erronea ē ea qua judicamus aliquid ēē prohibitum vel licitum quamvis ō sit et ille agit contra conscientiam erroneam qui putans aliquid ēē vetitum agit atq. homo sic affectus peccat quia licet bonum in se actum ponat malum tamen finem intendit, gō peccat qui agit contra conscientiam erroneam. peccat pariter qui eam sequitur

Obj. Si malum ē contra conscientiam agere bonum ē eam sequi gō falsa ē secunda pars prōnis.

N. Sequelam Antecedentis. datur enim medium inter hoc duo agere contra conscientiam et sequi conscientiam videlicet errantem conscientiam deponere. quod si depositus error ō sit conscientiae dictamini illius quamvis falso parendum ē. quamvis enim immerito judicaret conscientia rem aliquam ēē prohibitam. si tamen obstante judicio rem hanc faceremus actionem

comitaretur contemptus legislatoris. qui quidem contemptus pessima ē

Corollarium

inde sequitur summa cura ēē eruviendam conscientiam, prius quam ad agendum nos determinemus neque perfunctorie tantum ēē expendendum prius quam motibus conscientiae obsequamur an media nobis suppetant sufficientia ad accuratum de rebus ferendum judicium nihil autem frequentius accedit quam ut istius examinis negligatur observatio. quod homines videre ē qui de religionis controversiis aut politicae capitibus sententiam pronuncient quamvis notitia destituantur, ut ex veritate res aestiment et inter dissidentes quodammodo arbitros se constituant, in hoc vitium ō raro incidunt mulierculae imo vero quod sunt qui in fidei dissertationibus unicum despiciunt medium quo possent erudiri scilicet eorum autoritatem quos ecclesiae praefecit deus ne vento doctrinae fluctuantes feramur temere profecto propter bonam fidem qua gloriantur autoritate resistendo inoptios ēē se confidunt siquidem creans conscientia et procul amovens medium erroris deponendi culpam ō levem parit

Prōo 2a

Qui laborat conscientia dubia 1º debet abstinere ab actu si nulla sit agendi necessitas 2º si urgeat agendi necessitas partem tutiorem eligere tenetur 3º si nulla sit tuta pars sed utraque sit periculosa

fides si judicetur æquale periculum peccandi sive in actu sive in omissione actus debet sequi partem quæ sibi minus et legi magis favet.

Prob. 1ª pars. 1º. debet abstinere ab actu si nulla sit agendi necessitas. ā homo debet vitare peccandi periculum quantum ꝑt atq. ex hipotesi homo ō ꝑt peccandi periculum vitare nisi ab actu abstineat ā ex utra que parte appareat peccandi periculum.

Prob. 2ª pars homo enim vitare debet peccandi periculum qō si nulla sit necessitas agendi partem tutiorem eligere tenetur

Prob. 3ª pars si nulla sit pars tutior quisque debet eam partem seligere quæ ipsi minus favet et quæ magis favet legi tutius ꝺ observare legem quam suam sequi libertatem

Scholium

Si Conscientia ī erronea vel ē corrigenda, vel abstinendum ē ab actu

Prō 3ª

ō licet probabilem sequi in praxi opinionem neglecta probabiliore practē obligationem suadente et declarante

Prob. in praxi et in moribus nunquam licet agere imprudenter atq. imfrudenter se gerit qui opinionem minus probabilem sequitur neglecta probabiliori. ā ille imprudenter egerit qui agit contra rationis dictamen atq. qui sequitur opinionem ō probabilem agit contra rationem quia rō ō dictat hanc

illud ee licitum quod verisimilius cognoscit et nalum
Et vere nemini licet agere contra conscientiam atq. qui opinionem
o probabilem sequitur agit contra conscientiam. a ille agit contra
conscientiam qui elicit actionem quam judicat malam. Sed qui
sequitur opinionem o probabilem elicit actionem quam judicat ee
malam ille judicat actionem ee malam qui sequitur opinionem
quam prudenter judicat ee falsam. atq. qui sequitur opinionem o
probabilem judicat eam ee falsam a qui sequitur opinionem o
probabilem judicat opinionem qua ipsi videtur probabilior eo veram
atq. nemo pt judicare opinionem quae ipsi videtur probabilior ee veram
qui judicet opinionem minus probabilem ee falsam o pt quis V. g.
judicare hanc propositionem. id contractus e usurarius ee veram qui judicet
id contractus o e usurarius ee falsam. duae enim propositiones o possunt
ee simul verae.
Et vere qui sequitur opinionem minus probabilem id facit quod illi-
citum a ratione probabiliori suadetur. atq. fas o e agere quod illicitum
ee ratione probabiliori suadetur. fas o e se objicere periculo peccandi
et actum producere de cujus honestate o constet si quidem talis actus
eet temerarius. atq. quisquis faceret quod illicitum ee ratione proba-
biliori suadetur is voluntarie incurreret periculum peccandi et
actum produceret de cujus honestate o constaret moralitet. a reprobat
constare moralitet datur de honestate et o honestate rei alicujus.
atq. si diceretur constare moralitet de honestate rei quam ee illicitam
probabiliori ratione suadetur. jam de ejus honestate et o honestate

dicendum eet constare de honestate quidem ut supponitur. pariter imo a fortiori constaret de illius ō honestate; si enim rāo improbabilior sufficit ut certam rei honestatem praestet multo magis opposita et probabilior rāo rei ō honestatem certam reddet

Praeterea ō minor requiritur cautio in his quae ad legem spectant quam in his quae ad vitam atq. nemo absolvet a crimine medicum qui post habendo medicinam quam probabilius salubrem nosset eam aegroto tribueret quam improbabilius sciret ēē salubrem item nullus ō condemnet judicem qui accusatum quem probabilius insontem judicaret eum morti traderet, gō nemo pt a crimine absolvi si probabilem tantum sequatur opinionem post habita probabiliore praecepti obligationem declarante

Obj. 1º tuto incedit qui probabiliter incedit. atq. qui probabilem opinionem sequitur nihilominus incedit probabiliter gō licitam ē incedere probabiliter id ē sequi opinionem probabilem.

N. Mi ā opinio probabilis in concursu probabilioris suam amittit probabilitatem quod enim aequale ē in probabilitatibus oppositis elidit sese et dubium parit, solus proinde insanus ē praevalentis probabilitatis excessus praesertim si favet praecepto; sic enim vitatur omne peccandi periculum.

Obj. 2º licet agere secundum opinionem probabilem qui enim agit secundum opinionem probabilem in concursu probabilis prudenter agit atq. opinio nihilominus ē probabilis gō licet sequi opinionem minus probabilem

N. Mi. opinio enim probabilis ē ea quae gravi fundamento nititur atq. implicat opinionem probabilem in concursu probabilioris niti fundamento gravi et prudenti. illa enim opinio ō nititur fundamento gravi et prudenti quam nemo prudenter judicat ēē veram atq. nemo pt judicare prudenter opinionem ō probabilem in concursu probabilioris ēē veram qui enim judicat opinionem oppositam quae ē probabilior ēē veram ō judicat opinionem minus probabilem ēē veram. ā in praesenti casu concurrunt duae pōnes contradictoriae quae ō pūnt ēē simul vera atq. homo judicat opinionem probabiliorem ēē veram. videt enim fortiora et graviora ēē momenta hujus opinionis quae cognoscitur ut probabilior.

Ins. illa opinio ē absolute probabilis quae ō noscitur evidenter falsa. atq. opinio minus probabilis in concursu probabilioris ō noscitur evidenter falsa.

N. Maj. ā opinio probabilis ē ea quae nititur fundamento gravi atq. licet opinio minus probabilis ō noscatur falsa ō ideo nititur fundamento gravi et prudenti quia nemo pt judicare opinionem ō probabilem ēē veram

Ins. licet homo sit minus doctus altero vera remanet semper doctus gō licet opinio sit minus probabilis altera, remanet semper probabilis.

N. Cons. et pari rāō ē homo enim minus doctus altero spectari pt absolute nempe quatenus ē simpliciter doctus ō vero magis et minus probabile, major enim et minor probabilitas spectantur relative.

Obj. 3º. ille ō peccat qui ignorat ignorantia inculpabili quid sit eligendum sed qui sequitur opinionem ō probabilem relicta probabiliori, ignorat quid sit eligendum.

ex. Mi. ā ille ō ignorat ignorantia inculpabili quid sit eligendum qui videt unam partem ēē eligendam atq. qui sequitur opinionem ō probabilem videt eam seligendam ēē partem quae verisimilioribus et gravioribus nititur momentis.

Obj. 4º. si opinionem magis probabilem sequi teneremur partem tutiorem sequi pariter teneremur, si quidem qui sequitur partem tutiorem se ex pnt periculo. atq. homo ō tenetur sequi partem tutiorem gō nec probabiliorem

ex. Maj. ā homo qui partem minus probabilem sequitur temere et imprudenter agit. at vero qui sequitur opinionem ō tutam relicta tutiori quando post adhibitam sufficientem veritatis inquisitionem opinio ō tuta judicatur ēē probabilior, tunc sane homo agit licite

Obj. 5º. Subditus pt sequi opinionem minus probabilem quando superiori obedit sit relligiosus qui ex propria sententia sibi probabiliore putat aliquid ō ēē licitum sibi licite tamen superiori judicante hoc ēē licitum assentiri et obtemperare gō &c.

Dist. Ante. subditus ex officio tenetur obedire superiori in sensu diviso id ē si opinio quae visa ē subdito minus probabilis ipsi post acceptum a superiore praeceptum probabilior appareat. C. Ante. in sensu composito id ē si haec opinio post praeceptum

superioris judicetur minus probabilis opposita N. Ante enim vero opinio quae subdito erat minus probabilis ante superioris praeceptum consequenter ab ejus praeceptum fit probabilior quia autoritas superioris qui erga subditum vicem Dei tenet sufficienter ipsum movet ut judicet ee licitum quod antea putabat ee illicitum quo quidem in casu subditus o sequitur opinionem o probabilem. quia o retinet opinionem suam ac judicium hoc probabilius putabat. actionem eam ee legi divinae o consentaneam si enim retineret certe peccaret agendo contra propriam conscientiam.

Notandum e in sententia adversariorum labefactori obedientiam superioribus delitum aeque subditus hac inclutus doctrina licitum ee sequi opinionem o probabilem o tenebitur obedire superiori praecipienti rem de qua existunt opiniones contradictoriae quia nempe poterit alterutram opinionem tuto sequi

Corollarium Primum

Hinc sequitur rejiciendum ee probabilismum. probabilismus e sententia quae asserit ee licitum quod tale censetur. ab aliquo doctore o levis autoritatis atq. haec opinio e absurda et periculosa cum enim nihil bonum absurdum sit. quod ab aliquo casuistarum dictum o fuerit sequeretur omnia fere flagitia permittit et aleatoribus feneratoribus aliis que generis humani habenas laxari proinde que

ō licet sequi opinionem ō tutam simul probabilem, gō peccaret doctor aliquis consultus respondens consulendi secundum opinionem minus probabilem et minus tutam agere licitum ēē

Corollarium Secundum

ō licet sequi opinionem minus tutam si sit tantum aeque probabilis ac opinio magis tuta quia prudentia hoc in casu postulat ut sententia tuto eligatur

Propositio Quarta

in dubio seu circiter aequali probabilitatum conflictu pars suadens praecepti obligationem id ē pars tutior ē eligenda

Prob. ea pars ē eligenda cujus si contraria eligatur peccatur atq. si in dubio eligatur pars contraria illi parti praecepti que obligationem suadet peccatur enim cum in periculum ducitur propria utilitas et legis observatio ā si forte adsit gens praeceptum et partem obedientiae contrariam assumpserit finem que a legislatore institutum pervertet a Deo que ipsi displicebit et impositis a legislatore suplicijs subjicietur. contra vero sequens partem praecepto faventem ō pt legislatori displicere et tanquam reus contemptus legum poenas dare gō &c.

Et vero ō minor cautio ut modo diximus adhibenda ē in his quae legum observationem et salutem attingunt quam in his quae commoda temporanea vitam que praesentem respiciunt. atq. nullus ē qui in rebus ad commoda temporanea respicientibus tutiorem partem ō amplectantur saltem in casu dubii et imprudens censeretur parum que sani judicii quis quis aliter se gereret V. G. qui longinquum iter in mare suscipiens et incertus utrum duorum vel quatuor mensium intervallo absolvenda sit navigatio duobus tantum mensibus sufficientia alimenta

compararet ab omnibus communi judicio imprudens haberetur.

Scolium

Haec regula tamen ō semper valet in materia justitiae ubi adē rāo generalis certo modo agendi, v. g. si quis dubitet an aget quae possidet his jure pt illum retinere modo nesciat ēē alienum quia reliquis paribus melior ē conditio possidentis ideoque certa ēē pt ejus conscientia se meliori jure hunc agrum possidere.

Obj. Si necesse foret opinionem tutiorem semper amplecti in casu dubii nullus ō deberet in eremum cecedere aut ingredi monasterium quoniam via ad salutem in his tutior ē quam alibi atq. hactenus nemo docuit nec Christus ipse praecepit

Dist. Maj. via ad salutem in his locis tutior ē, generatim et specialiter loquendo C. Maj. speciatim et practice loquendo. N. ā quilibet suam habet vocationem in qua manere ipsum oportet. atq. id circo accidit ut in senobiis ad perniciem ruant aliquando qui in seculo salutem fuissent consecuti aut qui minus male inter seculares vixissent in monasteriis fiant pessimi praeterea statum quaestionis intervertunt adversarii hic enim agimus de electione partis tutioris quando instare praeceptum videtur. contra autem desumunt adversarii argumentum ab exemplo in quo concilium ab hominibus datur.

Prōo 5a

licitum ē sequi opinionem ō tutam si opposita opinio sit longe probabilior post accuratam veritatis inquisitionem.

Prob. pt enim homo prudenti conscientia facere quod judicat prudente

ee licitum prudentia enim in moralibus ē prudentiæ regula atq; qui sequitur opinionem minus tutam quam aperte videt probabiliorem opinione opposita quamvis ō vocat illam ee veram tamen judicat actionem eam ee licitam. in hac hipotesi post sinceram et accuratam veritatis inquisitionem solidiora ipsi suppetunt momenta adjudicandum actionem ee licitam quam ad ō judicandum eam ō ee licitam qo opinio ō probabilis comparata cum probabiliori nullius ē ponderis et in his circumstantiis perinde fere ē ac si unica pgeneretur opinio qo prudenter judicari pt actionem ee licitam quamvis opinio sit minus tuta

Obj 1º ille peccat qui actionem suam committit regulæ ambiguæ at qui se exponit peccandi periculo. atq; qui sequitur opinionem probabiliorem committit regulæ ambiguæ actionem ergo se exponit peccato qo ō licet sequi opinionem probabilem

ex. Mi regulæ ō censetur ambigua cui dictat prudentia eam observandam ee atq; eam opinio ē verisimilior licet minus tuta dictat sequendam ee in praxi quia longe majora sunt indicia veritatis ex parte opinionis quam ex parte opinionis oppositæ licet tutioris

Sed ille actionem committit regulæ ambiguæ seu in tali agendum debitum ē qui adjunctam habet suppositionem. atq; qui sequitur opinionem probabiliorem junctam habet suppositionem partis oppositæ

ex. Mi. a is ō habet adjunctam suppositionem qui ō dubitat quam partem amplecti debeat et determinato judicio huic adhæret parti quæ ob momenta ipsi apparet probabilior. atq; in hipotesi hanc ō

dubitat quam partem amplecti debeat et huic parti adhaeret quae ob momenta ipsi apparet validior quo ō habet adjunctam suspicionem moralem veritatis partis oppositae

Sectio Tertia

De Qualitatibus actuum humanorum

Triplex distinguitur qualitas actuum nimirum bonitas malitia et indifferentia.

Bonitas moralis ē conformitas cum recta rāone quia recta rāo ē regula actionum nostrarum

Malitia moralis ē difformitas cum recta rāone actus bonus moraliter ē is qui conformis ē rectae rāoni actus se ~~[illegible]~~ malus moraliter ē is qui difformis ē rectae rāoni actus indifferens ē is qui ō ē bonus nec malus moraliter.

Quaeritur 1º unde repetantur bonitas et malitia moralis 2º an dentur actus indifferentes 3º an peccatum sit infinitae gravitatis

Quaestio Prima
unde repetantur bonitas
Et
Malitia Moralis

Tria occurrunt in moralibus quorum rāo habetur 1º objectum 2º finis in quibus versatur actio. objectum actionis ē id quod fit. V. G. erogatio Elemosinae finis actionis ē id cujus gratia fit actio. V. G. gloria Dei propter quam homo tenetur operari.

Circumstantiae actionis sunt accidentia quae actionem humanam

comitantur, V. G. largiri helemosinam tempore egestatis.
His praemissis sit

Propositio

Ut bonitas et malitia moralis aestimantur ex objecto fine et circumstantiis

Prob. ā bonitas et malitia moralis aestimantur ex his quae reddunt actus bonos vel malos moraliter. atq. objectum ~~in~~ finis et circumstantiae reddunt actus humanos bonos ideo quippe actus humanos dicitur moraliter bonus quia habet objectum bonum, bonum finem, circumstantias bonas ideo e contra actus dicitur malus quia caret objecto vel delito fine vel delitis circumstantiis.

Hoc tamen discrimen ē quod bonitas aestimetur ex objecto fine et circumstantiis simul et collective sumptis quia bonum ex integra causâ malitia vero moralis aestimetur ex objecto fine et circumstantiis seorsim et distributive sumptis quia malum ex minimo defectu

Corollarium

Hinc ut aestimetur gravitas actionis pensanda sunt objectum finis et circumstantiae sic V. G. dare elemosinam ob inanem gloriam ē actio mala moraliter quia finem habet malum. Sic die festo operi servili vitae sustendae gratiâ incumbere peccatum ē propter circumstantiam diei, mendacium etiam intentione bona factum malum ē quia ipsius objectum nempe veritas malum ē

Obj. odium peccati ē actio bona odium dei ē actio mala atq. tamen odium peccati habet objectum malum et odium dei habet

objectum bonum ā ~~odio~~ objectum odii peccati ē peccatum et objectum odii dei ē Deus, gō bonitas et malitia ō estimantur ex objecto.

Dist. 2am Maj. objectum odii peccati ē peccatum quatenus odiosum et objectum odii dei ē deus quatenus odio dignus C. Maj. ē peccatum simpliciter et deus simpliciter N. Maj. porro peccatum ut odiosum habet rāonem objecti boni quia conforme ē rectæ rāoni quæ præscribit ut peccatum odio habeatur

Quæstio Secunda
An Dentur actus Indifferentes

Actus indifferens duplicis generis distinguitur nempe in specie et in individuo.

Actus indifferens in specie ē actus qui habet objectum neque bonum neque malum moraliter. talis ē actus ambulationis

Actus indifferens in individuo ē actus qui ō solum habet objectum indifferens sed etiam finem indifferentem nec bonum nec malum moraliter.

Actus humanus ē is qui fit cum advertentia rāonis et actus hominis ē ille qui fit sine advertentia rāonis.

Quæstio ō movetur nisi de actibus humanis. ā evidens ē actus hominis ō ēē bonos nec malos moraliter. si quidem in his producendis homo nullum finem intendit

~~ō datur actus indifferentes in individuo~~

Propositio

Non datur actus indifferens in individuo.

Prob. omnis actus humanus vel ē rectae rationi conformis vel ō si prius bonus ē ut pote conformis regulae cui conformari debet ut sit bonus. si posterius malus ē siquidem homo tenetur agere ex dictamine rationis actus que suos exigere ad leges rationis ḡo actus humanus vel ē bonus vel malus moraliter proinde que ō ē indifferens.

Et vero actus humanus vel refertur ad Deum vel ō si refertur ad deum vel ē laudabilis si ō refertur ad Deum, malus ē et reprobandus, tenemur omnes actus humanos ad deum referre.

Et certe si quis eēt actus humanus indifferens in individuo maxime V. G. verbum otiosum nihil ē quod videatur magis indifferens. atq. verbum otiosum, ō ē actus indifferens ~~vel~~ nec bonus nec malus moraliter ā actus ille ō ē indifferens de quo homines reddent rationem in ultimo judicio atq. de verbo otioso homines reddent rationem in ultimo dei judicio dicente scriptura homo quod locuti fuerint homines, de eo ratione reddent

~~Obj.~~ Praeterea nullus ē actus indifferens si actus hominis sint aliquo sensu boni vel mali. atq. omnes actus humani atq. omnes actus humani dici pūnt boni vel mali moraliter ā actus bonus dici pt quem rāo probat ille vero malus et rāo improbat. atq. rāo omnes nostros actus vel probat vel damnat in omnes exercet judicium si uni eēnt actus circa quos judicium ō ferret rāo, maxime illi quos facimus ex puro arbitrio et et aliquid agamus ad quos potius quam ad alios nulla

Sunt invitamenta in rāone atq. hos actus qui videntur indifferentes probat rāo quia probat exercitium libertatis in his quae neque jubentur neque prohibentur.

Obj. 1º Nemine diffitente quidam actus in Specie considerati sunt indifferentes atq. si dentur actus in Specie indifferentes dantur etiam ō in individuo quippe nulla ē Species qui ō ~~jac~~ subjaceant individua.

Resp. 1º N. Maj. vel enim rāo probat vel improbat objectum actionis si prius bonum ē si posterius malum ē ḡo nullus ē actus indifferens etiam in Specie.

Resp. 2º N. Mi plura conveniunt in individuo quam Speciei sic animal generatim neque irrationale neque rāonale tamen animal in individuo ē rāonale vel sine rāone ḡo licet determinata quaedam moralitas actibus ō nullis generatim spectatis ō conveniat. fieri tamen pt ut determinata moralitas necessario competat in individuo consideratis. unde ad confirmāonem Dist. nulla ē Species cui ō subjaceant individua sed quibus plura conveniunt quam Speciei C. quibus plura ō conveniunt quam Speciei. N.

Obj. 2º datur omissio indifferens concilii evangelici aut actionis quae ō imperatur ḡo datur actio indifferens

Dist. Ante. datur omissio indifferens cum ō oritur ab expressa deliberāone voluntatis C. quando oritur a determinatione voluntatis N. vel rāo probat vel ō probat ejusmodi omissiones.

Obj. 3º. Sunt actus qui exercentur tantum ad delectationem V. G

V. G. ambulare, atq. ejusmodi actus sunt indifferentes in individuo

Dist. Mi. Si fiant modo mecanico propter delectationem exercii C. Mi. Si fiant deliberate propter delectationem facti N. Mi. vel enim aliqua rão ad actiones libertatem determinat vel nulla si primum sunt boni, si secundum sunt mali

Et vero homo ambulare volens vel id intendit in corporis subsidium et levamen vel in finem perversum ambulare intendit. atq. ex fine quem sibi proponit homo ambulare volens ejus actio determinari pt ad bonitatem vel ad malitiam moralem item determinari pt ad bonitatem et malitiam ex circumstantiis si nempe V. G. teratur ambulando tempus gravibus rebus consumendum

Ins. Si nullus eet actus indifferens in individuo nullus eet qui poenam meretur suam atq. actus modo memorati poenam et mercedem nullam promerentur. quin etiam sunt actus deliberati in peccatoribus qui nec poena nec mercede digni sunt. V. G. operis sublevão ō ē supplicio digna ut patet ō mercede quia solus Justus ē capax merendi

N. Mi. fateor mercedem nec poenam talibus merendam eo actibus aliquod tamen saltem leve his cum deliberaõne factis meritum aut demeritum jungitur ad id quod adjicitur de peccatorum actibus V. G. levaõne pauperum respondeo his quidem peccatorem ō mereri vitam aeternam sed ō vetat

quominus mereri dicatur poenae imminutionem aut mercedem temporalem hinc ait Stus Augustinus victorias a romanis reportatas praemium fuisse virtutum naturalium quae apud hanc gentem floruerunt et Fabio Maximo utiles futuras ee praeclaras ipsius actiones et dotes ut mitius puniatur caeterum e Nullus ignorat peccatores actibus ope gratiae factis ad sanctitatis recuperationem disponit

Plj. 4º. inter ea quae contradictorie ō opponuntur datur medium atq. bonum et malum ō opponuntur contradictorie si quidem sunt quid positivum.

Dist. Maj. datur medium in logicis C. in moralibus N. Maj. in logicis datur actus indifferens scilicet actus humanus generatim qui cum explorat a bonitate nec bonus ē nec malus. at vero in moralibus nullus ē actus indifferens ā quilibet actus moraliter sumptus ē actus spectatus prout ~~ab~~ hic et nunc in circumstantiis ad finem refertur. atq. omnis actus spectatus hoc modo vel ē consentaneus rāoni tunc malus ē

Scolium

Quaestio ē de nomine an dentur actus indifferentes in individuo. ea enim quaestio ē de nomine cujus solutio pendet ex terminis et diversa ē pro terminorum definitione atq. quaestionis solutio pendet ex definitione terminorum. actus boni et mali moraliter conformis ē vel difformis rāoni. vel enim actus bonus vel malus moraliter recta rāoni dicitur ille quem recta rāo probat et declarat licite fieri vel ē is vel rāo praecipit si prius omnis actus vel ē bonus vel malus moraliter si rāo declarat actum omnem vel ee licitum vel

illicitum. Si posterius, omnis actus ō ē bonus nec malus moraliter
Sunt enim actus quos rāo ō praecipit nec prohibet quos licite fieri
vel omitti posse declarat. hoc sensu plurimi sunt actus indifferentes
in individuo

Quaestio 3a

De gravitate Peccati

Peccatum definitur transgressio legis vel omissio legis aversio
a Deo et conversio ad creaturam. deviatio creaturae a fine debito
actio rectae rāoni disformis. ad peccandum seu ad legis transgressi-
onem duo sunt necessaria scilicet advertentia rāonis et
consensus libertatis quia sine hac conditione transgressio legis
ō eet libera ideo ō peccatum
Peccatum duplex ē nempe mortale et veniale. mortale defi-
nitur a Sto thoma quod ex parte objecti quam ex modo quo
habet id quod nititur ut sit repugnans amicitiae et caritati
erga Deum dicitur mortale quia infligit mortem animae
tollendo ppium vitae scilicet gratiam et inferendo realem mortis
id ē damnationis aeternae veniale peccatum id ē quod ex parte
objecti vel ex parte modi quo comitatur ē levis offensa nec dissolvit
amicitiam cum Deo dicitur veniale quia salvo ppio vitae nempe
gratia langorem facile curabilem infert animae et solum poenae,
creatum inducit in peccato tria distingui pnt. culpa reatus
poenae et poena in culpa tria distinguuntur 1o macula quae ē
turpitudo animae et deformitas quae oritur ex eo quod homo sit
aversus a Deo per peccatum 2e offensa seu inimicitia quae

in eo consistit quod homo aversionem offendat Deum et se constituat divina amore. 3°. injuria quae in eo consistit aut homo per voluntariam a Deo aversionem hunc in honorem violet jus divinum quo tenetur plus amare Deum quam creatura

Gravitas peccati desumitur ex 3bus capitibus 1°. gravitas peccati unde gravior poena si Rusticus percutiat regem quam si rex Rusticum 2°. offensio desumitur ex ratione offensae ex objecto et modo tendendi in personam offensam et ex aliis circumstantiis unde ō ē gravitas eadem offensae peccati veniali et mortali quia licet respectu utriusque sit eadem dignitas personae offensae et vilitas offendentis. utroque ō ē idem objectum nec eadem ratio nec idem modus tendendi in offensam personam ~~a~~ utilis ē consensus perfectus destruetur ratio finis ultimi et creatura se avertit a Deo in peccato veniali vel materia ō ē gravis vel attentio ō ē plena nec perfectus consensus nec creatura se avertit a Deo mutando rationem finis 3°. gravitas peccati desumitur ex dignitate personae offensae ā offensa quantum in se ē deprimit personam quae offenditur sic que quo plus et dignitatis habet eo majorem malitiam habet offensa fatentur offensam ēē pro dignitate personae offensae quo modo crescat an crescat juxta rationem arithmeticam et aequalitatem an juxta proportionem geometricam disputant phylosophi

Scotistae contendunt malitiam peccati et offensae crescere tantum juxta rationem geometricam quatenus videlicet quoties cumque persona offensa toties novus malitiae et gravitatis gravis in offensam derivatur. licet ille modus ō sit aeque intensus ac ē gradus dignitatis

personae laesae caeteris paribus eo gravior ē offensa et injuria quo persona laesa dignior ē licet ex aliis capitibus modo et intentione actionis haec injuria minui possit unde concludunt malitiam peccati intrinsece ō ēē infinitam eamque solum ēē infinitam

~~Scotistas~~ Statuunt Thomistae malitiam seu gravitatem peccati crescere juxta proportionem aritmeticam et aequitatem personae laesae adeo ut tot sint gradus in offensa quot sunt in dignitate personae laesae unde dicunt malitiam peccati ēē simpliciter et infinitam in genere moris

Sualesius et alii sententiam mediam tuentur cum Scotistis negant malitiam peccati ēē intrinsece in genere moris tuentur cum Thomistis peccatum lethale in superiori offensae ordine ita collocatum ēē ut superet injuriam cuilibet creaturae etiam possibili irrogatam quamvis dignitas personae et offensae gravitas ō sint ejusdem gradus ad quaestionis solutionem duplex genus distinguendum videtur nempe infinitum et infinitum relativum. infinitum absolutum ē illud quo nihil majus concipi pt id ultra quod nihil intelligitur quod ō adjici possit. Deus ē infinitus in raone perfectionis. infinitum relativum ē illud cujus magnitudo determinari ō pt quamvis aliud se majus admittat seu ē illud quod quantitatem finitam infinities superat quamvis aliquid majus dari possit istius generis infinitum rectius diceretur inexaustum talis ē v. G. numerus partium materiae quin in pede culico constituetur et qui inexaustus ē quamvis in solido duplo dupla partium quantitas admittatur.

Lis positis praemissis sit

Propositio Prima

Peccatum mortale ē infinitum relative.

Prob. vel enim gravitas peccati crescit juxta proportionem arithmeticam adeo ut dignitas personæ lesæ et offensæ gravitas sint ejusdem gradus vel crescit juxta proportionem geometricam alq.

1°. Peccatum ē infinitum relative si gravitas peccati crescat juxta proportionem adeo arithmeticam et æqualitatem personæ si enim gravitas peccati crescit juxta proportionem et æqualitatem personæ lesæ tot sunt gradus in offensa quot sunt in dignitate personæ lesæ alq. in dignitate personæ lesæ sunt gradus infinitū gō gravitas peccati ē infinita. si crescit juxta proportionem arithmeticam et æqualitatem personæ lesæ.

2°. peccatum ē infinitum saltem relative si gravitas peccati crescit tantum juxta proportionem geometricam. illud enim ē finitum saltem relative in genere offensæ cujus injuriam attingere nequeunt injuriæ irrogatæ quilibet creaturæ possibili in quocunque gradu honoris infinito adeo collocatæ. alq. injuria irrogata uilibet creaturæ in quocunque gradu possibili adeo collocatæ ō ſt attingere injuriam ſtī peccatum si enim gravitas offensæ crescit juxta proportionem geometricam personæ injuria deo illata se habet ad injuriam illatam creaturæ sicut Deus se habet ad creaturam alq. Deus itaq. se habet ad creaturam ut creatura in quolibet gradu honoris possibili adeo collocata ō possit attingere dignitatem divinam gō aperi injuria illata creaturæ ō ſt attingere ideam dei latam

Ergo peccatum est infinitum saltem relative

Et vero deus ut infinitus ut omnium infinitus contemnitur deseritur ut pote deo anteponitur. ideo cum objectis caducis et infinitis ergo quaecumque creatura peccatur fingatur in quocumque gradu honoris a Deo collocata injuria quae illi creaturae per aliam creaturam inferretur inferior est gravitate offensae peccatis letalibus illatae ergo malitia peccati mortalis in genere offensae superat malitiam cujuslibet delicti quocumque modo in quamvis creaturam commissi ergo peccatum est gravitatis infinitae saltem relative.

Obj. 1º omnia peccata non sunt aequalia atq. omnia peccata essent aequalia si peccatum esset gravitatis infinitae quod est enim infinitum nihil agnoscet se majus

Dist. Mi. omnia peccata essent aequalia si peccatum esset infinitum absolute C. relative N. Mi. a magnitudo infinita relative suscipit magis et minus.

Respondent Thomistae omnia peccata esse perinde gravia qua parte sunt infinita non vero unde quaque et ratione omnium propriorum quae possunt conferre ad gravitatem peccati supponatur, aiunt linea tenuis in infinitum protensa et supponatur corpus crassius etiam in infinitum protensum eodem que erit utrius que longitudo sed tamen extensio amborum erit longe diversa quantum et alias dimensiones nempe latitudinem et profunditatem sic licet peccata mortalia in ratione ortensae et in genere oris essent infinitas simpliciter quatenus adeo ~~ita~~ utra fine ultimo avocant et disjungunt ex aliis capitibus possent differre nimirum haec speciali gravitate praecepti ex majori cognitione libertate et ex objecta materia

Obj. 2º. illud ō ē infinitum quo magis concipi pt atq. multum peccatum quo gravius concipi ō possit absolute et relative

Dist Maj. ō ē infinitum absolute C. relative N. Maj.

Obj. 3º. Si peccatum eet infinitum vel ideo eet infinitum quia laederet majestatem vel quia eam laederet modo infinito atq. neutrum dici pt ō primum ā peccatum finiale laedit majestatem infinitam atq. ō ē infinitum ō secundum modus enim quo Deus offenditur proportionatur cognitioni, advertentiae et intentionis actus quo injuria Deo irrogatur atq. actus quo injuria Deo irrogatur ō habet intentionem infinitam ō fit cum cognitione Dei perfecta cum advertentia et libertate infinita gravitas offensae derivatur ex dignitate personae laesae sed secundum modum et capacitatem actus quo injuria irrogatur. atq. his modus ē finitus

N. Mi. et dico peccatum eō finitum quia laedit majestatem finitam et quia laedit et pleno consensu tunc peccatum ē infinitum cum Deus infra creaturas deprimitur atq. Deus infra creaturas deprimitur his que postponitur quoties infinita majestas laeditur cum advertentia et perfecto consensu, tunc enim voluntatis divinae transgressio Dei contemptum includit qō infinitam Deo infert injuriam

Ad probationem primae partis Dist Mi. peccatum veniale eet infinitum si gravitas peccati desumeretur ex dignitate personae laesae nulla habita ratione gravitatis praecepti violati attentionis libertatis creaturae C. Mi habita ratione gravitatis praecepti advertentiae consensus et libertatis creaturae N. Mi. ā uli peccatum ō veniale ipsius materia ē levis ō plena attentio nec perfectus consensus praeceptumque ō ē ejusdem ponderis ac quando committitur peccatum mortale

ad probationem Dist. Maj. gravitas offensae desumitur ex modo quo Deus offenditur ita ut si plena sit consentio et perfectus consensus injuria censeatur infinita C. Maj. Secus N. Maj. attentio enim et consensus perfectus sunt tantum conditiones requisitae ut peccatum committatur sed praecipua mensura gravitatis peccati ē dignitas personae offensae,

~~Ligari~~ negari etiam pt. prima minor prō dico a modum quo Deus offenditur ō ēē infinitum modus quo Deus offenditur seu numerus graduum injuriae commensuratur mensurae gravium laesorum majestatis divinae atq. numerus graduum laesorum per peccatum mortale ē infinitus. contra vero modus quo Deus laeditur per peccatum veniale ō commensuratur toti dignitate majestatis divinae ā per peccatum veniale homo ō constituitur dei inimicus nec contemptor atq. homo inimicus dei vel contemptor constitueretur si peccati venialis gravitas commensuraretur dignitati personae laesae si enim gravitas peccati venialis commensuraretur dignitati personae laesae deprimeretur persona laesa atq. dici nequit quod per peccatum veniale deprimatur persona laesa si quidem ut deprimatur quantum deprimi pt. persona laesa requiritur attentio et materia gravis. si quis enim per inadvertentiam regem alapa percuteret dum modo rex illius agnosceret ~~attenti~~ attentionis defectum nulla eēt laesae majestatis offensa eēt materia offensae. si quis omitteret salutare ō contemptus ō odii causa regiam majestatem ō eēt quanta ēē pt. offensa rex enim tunc ō deprimeretur totus, si quidem nec odio nec contemptu haberetur go gravitas offensae ō ita repetitur ex dignitate personae laesae ut

nulla habeatur rão et plenae attentionis et gravitatis materiae.

Itaque Sic

Dist. primam Maj. Si peccatum eet infinitum vel quia laederet majestatem infinitam vel quia eam laederet modo infinito id ē peccatum eet infinitum quia laederet majestatem infinitam formaliter aut materialiter. C. Maj. quia laederet eam materialiter e S. Maj. peccatum ē infinitum quia persona infinita formaliter ut infinita et secundum totam extensionem suae majestatis laeditur ō vero quia laeditur tantum quoad aliquos gradus majestas quae ē in se infinita sed quae ō consideratur nec laeditur juxta gradus suae majestatis quorum praeceptum observationem ō praecipit ex plenitudine suae autoritatis in creaturas ḡo qui praeceptum transgreditur ō laesit majestatem divinam

Quaeres quid sit tum peccatum mortale tum veniale.

Respon. ~~praecept~~ peccatum mortale ē offensa dei tam gravis ut gratiam sanctificantem destruat amicitiam cum deo dissolvat et reatum damnationis induat. definitur etiam plena legis divinae transgressio qua unio cum creatura unioni cum Deo anteponitur

Peccatum veniale definitur. 1º negligentia in observatione legis 2º aliqua praecepti divini transgressio ita levis ut juxta veram aestimationem dissolvendae Dei cum creatura unioni ō sufficiat hinc conveniunt peccatum mortale et veniale quod praeceptum violent sed differunt quod illud violent diverso modo = ā 1º. utriusque praecepto

observationem ex plenitudine potentiae et dominii eadem autoritate jussione tam expressa et poenarum minis ō praecipit amicitiae dissolutionem et poenas ō minatur omnium praeceptorum suorum violatoribus in quibus tam praecipit obsequium ita ut ō possit denegari sine reatu damnationis aeternae et integrae dissolutionis amicitiae in aliis tantum sub poena immunitionis amicitiae. gō ō eadem ē vis, nec eadem obligatio praeceptorum, siquidem quorundam observationem praecipit sub levibus poenis, et ō ex plena ~~aut~~ autoritate expressa que jussione pro pleno dominio in aliis e contra pro summo dominio observationem exigit sub poena damnationis aeternae gō levior ē injuria deo illata per peccatum veniale quam per peccatum mortale. 2º. qui peccat mortaliter finem reponit in creatura gō deum contemnit. qui vero peccat venialiter se se avertit a deo

Obj. omne peccatum ē mortale si nullum sit in quo creatura ō anteponatur deo atq. nullum ē peccatum in quo creatura ō anteponatur Deo.

N. Mi. omnis praeferentia supponit comparationem atq. ō fit comparatio dei et creaturae quoties peccatur. si fieret haec comparatio si explicite formaliter creatura anteponeretur Deo peccatum ēet mortale.

Ins. ille creaturam deo anteponit qui maruit cupiditati obsequi quam dei mandato atq. creatura quoties peccato maruit creaturae obsequi quam deo.

Dist. Maj. qui maruit formaliter cupiditati obsequi quam deo

faciendo utriusque comparationem C. Maj. qui mavult materialiter unum assumendo et faciendo alio neglecto absque formali electione et explicita comparatione cum Maj. quidam respondent nullam etiam materialem praeferentiam creaturae prae deo fieri secus peccatum esset mortale a, inquiunt, praeferre creaturam deo e finem ultimum in creatura reponere vel transgredi legem licet ex declaratione Dei. violatio legis importet damnationem aeternam volunt alii sine incommodo admitti posse in quolibet peccato aliquam praeferentiam saltem materialem et implicitam

Quaeres an peccet mortaliter qui praeceptum violat V. G. praeceptum quod vetat mendacium etiam jocosum si expresse et explicite cogitet se legem violare.

Resp. Negative a judicat et clare percipit o se constituit iniuriam dei quando leve mendacium tantum voluptatis causa committit o se comparat cum Deo et ita affectus e ut abstineret a peccato si hoc peccatum dissolveret amicitiam cum Deo

Prio 2a

Magnitudinem peccati creatura non pt comprehendere.

Prob. illud omne natura o pt comprehendere quod pendet ex circumstantiis quarum cognitionem valde imperfectam habet creatura atq. gravitas peccati pendet ex circumstantiis quarum cognitionem valde imperfectam habet creaturam nempe ex circumstantiis personae lege auxilii gravitatis offensae.

Propositio 3a

~~Creatura~~

Creatura ō pt pro peccato quo dignam satisfactionem deo exhibere Explicatur. Satisfacere eo loci idem ē absolvere debitum quod ex laesione honoris contrahitur. Satisfactio perfecta definiri pt redditio voluntaria honoris et reverentiae aequivalentis ex propriis et alias indebitis ad compensandam injuriam illatam.

1º dicitur redditio quia satisfactio ē actus justitiae erga alium quo scilicet honos ei restituitur et injuria ei illata compensatur.

2º dicitur voluntaria tum quia injuria seu offensa ab actu libero profecta actu libero compensari debet, tum quia sine aliqua voluntaria personae honorantis submissione nullus honos reddi posse concipitur hinc proprie ō dicitur satisfacere sed satis pati qui judicii sententia coactus poenas debitas lueret et alteri quod suum ē invitus persolveret.

3º dicitur honoris et reverentiae aequivalentis id ē cujus aestimatio et valor compensandae ad aequalitatem gravitati et malitiae injuriae sufficiant. justitia enim cujus actus ē satisfactio perfectam aequalitatem si sit accurata necessario postulat.

4º dicitur ex propriis quia necesse ē ut persona satisfaciens de suo offerat quae satisfactioni sufficiant et ut in ea quae offert habeat dominium. si enim persona laesa de bonis suis tribueret quae sibi in satisfactionem reddi consentiret, ō ideo tolleretur inaequalitas per offensam inducta. conseretur haec persona injuriam a se

acceptam gratis condonare ut praeditor pecuniam debitori suo donans ut sibi eam reddendo satisfaciat censetur debitor praemittere

5°. dicitur ex alias indebitis quia ō satisfacit quirem alicui obligationi extinguendae obstrictam et consumptam in solutum debiti confert. decem aureos mutuo accepisti et alios decem ratione mercium ō numerata pecunia sumptarum debes. huic duplici debito exsolvendo ō sufficiunt decem aurei.

6°. dicitur ad compensandam injuriam alicui illatam quia honor et reverentia satisfactione ad hunc fine redditur personae laesae ut injuria quam passa ē compensetur.

Valor operis satisfactorii ē ipsius dignitas et perfectio ratione cujus redditur actum ad compensandam injuriam honoris ablatis. quantitas valoris operis satisfactorii petitur ex tribus capitibus nempe ex objecto operis ex dignitate personae satisfacientis et ex aliis circumstantiis 1°. petitur ex objecto operis quo enim objectum ē praestantius, eo etiam caeteris paribus, opus satisfactorium ē nobilius 2°. petitur ex nobilitate personae satisfacientis quia per satisfactionem persona satisfaciens se ipsam submittit et offert ei cui satisfacit, proinde que quo dignior ē persona satisfaciens eo dignior ē satisfactio sic magistratus satisfactio plebeio homini exhibita dignior ē quam satisfactio hominis plebei exhibita ēi qui magistratum gerit. denique valor operis satisfactorii petitur ex aliis circumstantiis ex quibus aliorum actuum honestorum bonitas desumi solet. his praemissis.

Probatur assertio nempe creaturam condignam et stricte sumptam satisfactionem deo exhibere ō posse pro peccato mortali sive reparare

injuriumdeo illatum et honorare deum quantum inhonoratus fuit per peccatum. ā tres conditiones requiruntur ad satisfactionem 1º. ut sit aequivalens 2º. ut sit ex propriis 3º. ut sit ex indebitis. atq. pura creatura ō pt aequivalens reddere pro peccato nec satisfacere ex propriis et alias indebitis. 1º. quidem creatura ō pt reddere aequivalens peccato quod enim ē ordinis cujusdam superioris ō pt adaequari per id quod ē ordinis inferioris. atq. injuria peccati ē ordinis cujusdam superioris. satisfactiones vero puræ creaturæ sunt inferioris ordinis et omnino finitæ. injuria enim peccati ē ordinis cujusdam superioris et satisfactiones puræ creaturæ sunt ordinis inferioris si injuria peccati sit infinita secundum quid et si satisfactiones creaturæ omnino finitæ. atq. injuria peccati ē infinita secundum quid et satisfactiones puræ creaturæ sunt omnino finitæ. gravitas enim peccati et offensæ desumitur ex dignitate personæ offensæ et ex dignitate personæ offendentis et ex modo tendendi in personam offensam dignitas vero et valor satisfactionum desumitur ex objecto ex dignitate satisfacientis et ex quibusdam aliis circumstantiis atq. persona quæ offenditur per peccatum ē infinita nempe deus, persona quæ offendit ē vilissima nempe homo gravis quoque ē modus tendendi contra deum contra vero in satisfactione creaturæ objectum et actus satisfactionis sunt perfectionis finitæ; persona quæ satisfacit sit omnino semper vilissima manet et veluti nihilum relative ad deum denique circumstantiæ satisfactionis nullius sunt ponderis ergo injuria

peccati ē infinita et satisfactio creaturæ ē finita proinde que injuria peccati ē ordinis cujusdam superioris respectu satisfactionum puræ creaturæ.

2º. Satisfactionem ex propriis ō pt exhibere creatura illud enim ō pt ex propriis exhibere satisfactionem pro peccato quod de suo nihil in satisfactionem offerre pt. atq. pura creatura de suo nihil in satisfactionem offerre pt. illud enim nihil de suo in satisfactionem offerre pt cujus omnium actionum valor et meritum ita oriuntur a gratia quam Deus concedit, ut a creatura provenire dici nequeant atq. omnis valor et meritum actionum quibus creatura pt pro peccatis satisfacere ita oriuntur a gratia quam deus concedit ut a nobis provenire dici nequeant gō creatura ō pt ex propriis pro peccato satisfacere.

3º. creatura ō pt. ex indebitis pro peccato satisfacere. tunc enim satisfactio pt ō fit ex alias indebitis cum valor solvendo alteri debito jam obstrictus et consumptus in solutum novi debiti per peccatum contracti offertur atq. sic se haberet valor actionum quibus creatura deo pro peccato satisfacere conaretur. valor enim hujus modi actionum 1º. eēt alteri debito solvendo obstrictus si quidem quid quid creatura operatur id omne titulo gratitudinis dependentiæ religionis ad deum referri debet. ut ad dominum et ad ppium et finem omnium. 2º. eidem solvendo debito eēt consumptus quippe tituli illi gratitudinis dependentiæ satisfaciunt exoriendo valori actionum puræ creaturæ cum ille valor sit finitus 3º. is fat valor conferretur in solutum novi debiti offerretur enim in solutum debiti illati per peccatum gō creatura ō pt pro peccato mortali satisfacere

Obj. 1º injuria deo illata per peccatum ē finita atq. valor satisfactionis creaturæ attingere pt et adæquare injuriam finitam.

N. Mi. Si enim malitia peccati licet ō sit simpliciter infinita in genere offensæ sit constituta in supremo ordine gravitatis et malitiæ ad quem actus satisfactorii puræ creaturæ pertingere ō possent certe valor satisfactionis creaturæ ō pt adæquare injuriam deo illatam per peccatum atq. etiam si malitia peccati ō eet in genere offensæ simpliciter infinita attamen in supremo ordine gravitatis injuria ea constitueretur ad quem actus satisfactorii puræ creaturæ pertingere ō possent ā malitia peccati lethalis in genere offensæ longè superat offensam cuilibet creaturæ in quocumque statu irrogatam. atq. offensa longè superans omnem offensam quæ quocumque modo et quocumque in statu quo cuivis creaturæ irrogari pt superioris ē ordinis ad omnes puræ creaturæ satisfactiones

Instab. valor creaturæ magis ac magis in infinitum crescere pt atq. quantitas quæ magis ac magis in infinitum crescere pt, pt attingere et quidem superare quamlibet aliam quantitatem finitam, qō si gravitas peccati sit finita eam adæquare pt satisfactio creaturæ

Dist. Mi. quantitas quæ pt magis ac magis in infinitum crescere pt adæquare quamlibet aliam quantitatem finitam, quando sunt in eodem ordine C. Mi. quando sunt in ordine diverso N. Mi. jam vero valor satisfactionis et malitia seu gravitas peccati

lethalis in genere offensae pertinent ad diversum ordinem ā valor satisfactionis quantum ad ordinem in quo collocandus ē a personae satisfacientis dignitate desumitur adeo ut eo superioris ordinis sit satisfactio quo major ē personae satisfacientis dignitas. contra ordo ad quem pertinet malitia peccati lethalis in genere offensae petitur ex objecto quod hoc peccato contemnitur seu ex dignitate personae laesae et ejus supra personam offendentem praestantia gō peccatum lethale et si malitiae finitae ēēt posset tamen ex laesione objecti infiniti consequi gravitatem ordinis superioris quem satisfactiones creaturae exaequare ō possent.

Responderi posset transeat ad majorem primi syllogismi ō enim demonstratur injuriam deo illatam per peccatum ō ēē simpliciter infinitum. 1°. quia idea quam habemus finiti et infiniti satis ō perfecta ē ut possit ēē fundamentum demonstrāonis. 2°. quia gravitas peccati aestimatur ex circumstantiis quas perfecte ō comprehendimus. 3°. quia si quid demonstraret gravitatem peccati ō ēē infinitum maxime quia sunt peccata alia aliis graviora. atq. ex eo quod sint peccata alia aliis graviora ō sequitur gravitatem peccati ō ēē infinitam demonstrant mathematici ēē infinita magnitudinis gō supponi pt ēē infinita alia aliis majora gō ex eo quod nullum sit peccatum tam grave ut gravius ēē ō possit ō ideo evidens ē peccatum ō ēē infinitum. parricidium V. G. ē peccatum mortale et bis mortale censetur si fiat V. G. in ecclesia tunc spectari pt ut adaequans duo infinita foret e contra simpliciter et semel infinitum sublata circumstantia ecclesiae gō peccatum illud commissum in ecclesiā ō ē majus eodem peccato simpliciter in rāone infiniti sed in rāone numeri infiniti

Propõo 4ª

Pura creatura ō pt perfecte satisfacere deo etiam pro peccato veniali

Prob. ā ut satisfactio sit perfecta debet fieri ex propriis et ex alias indebitis atq. 1º pura creatura ō pt satisfacere ex propriis quia opera omnia satisfactoria quæ elicere pūnt puræ creaturæ sunt sub dominio dei quælibet enim pura creatura omnes quæ ejus actiones et facultates pendent a Deo 2º ō pt satisfacere ex indebitis. ā antequam peccet homo sua opera suos actus cum eorum valore deo jam debet gō nihil ipsi manet alias indebitum quod in solutum hujus novæ obligationis conferri possit. hinc evidenter sequitur quam sedulo vitandum sit quodlibet peccatum etiam veniale.

Sectio Quarta
De Imputatione

imputatio ē judicium quo quis habetur ~~cura negotii~~ ut causa moralis alicujus actionis quod vel ejus ex ea consequitur

Porro causa moralis actionis ea ē cujus voluntas ē vera rāo determinatrix propter quam sive solam sive ex parte actio existentiam accipit

Quæritur 1º utrum requiratur ex parte agentis libertas propriè dicta ut ipsi actio possit imputari

2º utrum ignorantia excuset a peccato. ignorantia generatim ē defectus cognitionis. multiplex autem ē nempe ignorantia privativa, invincibilis ~~vincibil~~ juris et facti, ignorantia vincibilis et invincibilis, antecedens consequens et concomitans

ignorantia privativa ē defectus cognitionis debitæ. V. G. ignorantia legum in magistratu ignorantia negativa ē defectus cognitionis indebitæ, V. G. ignorantia theologiæ in rustico sola ignorantia privativa ē propria ignorantia, ā ignorantia propriè dicta ē dentapat eorum quæ scire debemus.

ignorantia juris et ignorantia legis ac præcepti obligantis sive positivi sive etiam naturalis. V. G. si quis ignorat invincibiliter auditionem missæ diebus festis lege ecclesiastica præceptam ē vel legem naturalem prohibere mendacium etiam pro servanda propria vel ad melius vita. ignorantia facti ē ignorantia illius circumstantiæ ratione cujus factum vel opus particulare præceptum aut prohibitum ē per legem. V. G. quando quis ignorat utrum dies sit festivus vel dies jejunii licet si hoc præceptum ecclesiasticum circa auditionem missæ et jejunium

Ignorantia invincibilis ē ea quam quis ō pt expellere etiam indebita diligentia moralis quam attenta rei qualitate debet adhibere

Ignorantia vincibilis quæ adhibita morali diligentia vinci pt ut ignorantia sit vincibilis duo requiruntur. 1°. ut sit eorum quæ scire potuimus adhibita morali diligentia. 2°. ut sit eorum quæ scire debemus vi præcepti cujusdam cujus obligatio nobis nota ē potuit ignorantiam vincibilem fuisse neque adhibitam ē sufficientem diligentiam; indebita cum ō ē adhibita ea diligentia quæ rei naturæ et dignitati respondeat id ē in rebus necessariis Summa in spiritualibus major quam in temporalibus aut cum

ō adhibemus diligentiam quam prudentes viri in ejusmodi rebus adhibere solent aut cum ea diligentia ō utimur quam in rebus minoris momenti dignoscendis adhibemus aut cum eam ō adhibemus quae veri desiderii cognoscendi officii et industriae indicium sit

Ignorantia antecedens eadem ē ac ignorantia invincibilis. dicitur antecedens, quia cum ō sit voluntaria ideo antecedit voluntatis consensum et ē ejus causa per accidens id ē removens prohibens quatenus removet cognitionem quae si adesset impediret actum voluntatis peccaminosum. V. G. Si quis hodie carnes comedat quia inculpabiliter nescit ēe diem jejunii quod si sciret vellet comedere.

Ignorantia consequens eadem ē ac ignorantia vincibilis; dicitur autem consequens quia cum sit voluntaria sequitur consensum voluntatis, quae vult hanc ignorantiam et ē ejus causa vel directe, vel ~~ind~~ ut si quis de industria voluerit ignorare ēe diem jejunii ut liberius carnes comederet vel indirecte cum nempe voluntas neglexit scire aut discere quod fit ac debet. V. G. Si quis carnes comedat nesciens ēe diem jejunii quia neglexit eam inquirere cum posset ac deberet.

Ignorantia concomitans ē ignorantia invincibilis quidem sed quae ō ē causa facti.

Quaeritur 3°. an sit peccatum quod imputari nequeat ut offensa Dei id ē statuunt peccatum mere physicum scilicet doctores quidam laxioris moralis assertores nevando singulari quadam

specie peccati doctrinam seculo elapso excogitaverunt quamvis verbis expressere, peccatum duplex, phylosophicum et teologicum. peccatum phylosophicum seu morale ē actus humanus disconveniens naturae rationali et rectae rāoni theologicum vero et mortale ē transgressio legis divinae. phylosophicum quantumvis grave in illo qui vel deum ignorat vel de deo actu ō cogitat ē grave peccatum, sed ō ē offensa Dei neque peccatum mortale dissolvens amicitiam Dei, neque aeterna poena dictum. abs re ō erit hanc opinionem de peccato phylosophico refellere

Propōo 1a

Requiritur libertas proprie dicta ut actio possit alicui imputari

Prob. ō imputari pt actio illi cujus voluntas ō ē vera et determinatrix rāo existentiae actus. atq. voluntas sublata libertate ō ē vera et determinatrix rāo existentiae actus, siquidem voluntas ē potius determinata necessario et subacta quam determinatrix sublata libertate.

Et certe e Nemo laude aut vituperio dignus ē in iis quae vitare ō pt ut patet exemplo sanniantum

Sine gravitas peccati minuitur proportione ō perfecta voluntas in peccato patrando adeo ut in primis motibus qui praecaveri nequeunt homines ab delicti noxa excusentur. observandum tamen ō excusari a crimine imo nec a gravitate criminis ullo modo immunem fieri quis quis propria et libera culpa caret agendi libertate

Propōo 2a

Certum ē ignorantiam invincibilem excusari ab omni peccato

Prob. ex S^to Augustino libro 3° de libero arbitrio capite 19. ō tibi deputatur ad culpam quod invitus ignoras sed quod negligis quaerere quod ignoras.

Et Certe ignorantia involuntaria excusat a peccato. atq. ignorantia invincibilis ē involuntaria ad ē enim ignorantia invincibilis vel quia in mentem ō venit cogitāo aut dubitāo obligāonis inquirendae vel quia licet in mentem venerit ad hibita morali diligentia vinci ō potuit

Corollarium Primum

Hinc colliges infidelitatem negativam id ē in his qui nunquam de evangelio audierunt speciale quoddam peccatum ō ēē quamvis certe tolleretur haec infidelitas si legem naturalem sedulo observarent. ā cum ante praedicāonem evangelii ne vel minimam habeant de fide christiana suspicionem ō potuerunt cognoscere connectionem quam Deus instituit erga eos inter violationem legis naturalis et defectum fidei christianae gō damnata ē Baii Prōō, infidelitas negativa peccatum ē

2um

Quae fiunt ex ignorantia antecedente sunt voluntaria fiunt enim ex ignorantia invincibili et contra inclinationem voluntatis. V.G. occisio amici ab amico fit contra inclinationem occidentis quem penitet ~~ab~~ ~~addito~~ agnito facto gō quae fiunt ex ignorantia antecedente sunt involuntaria, et excusanda peccato.

Obj. qui vult causam vult et effectum atq. amicus occidens amicum ex ignorantia antecedente vult causam occisionis nimirum emissionem sagittae go ejusmodi occisio videtur voluntaria.

Dist. Maj. qui vult causam et effectum si praevidere potuit secuturum C. Maj. si praevidere ō potuerit N. Maj. ā nemo praeviderit.

Ins. amicus occidens amicum praevidere poterat quod accidit si nimirum sufficienter adhibuisset diligentiam go nulla solutio.

Dist. Subsumptum amicus occidens amicum poterat praevidere quod accidit C. poterat moraliter loquendo N.

Proō 3a

Certum ē ignorantiam ō excusare a peccato

Prob. ea ignorantia ō excusat a peccato quae ē voluntaria rāone negligentiae atq. ignorantia vincibilis ē voluntaria rāone negligentiae reperitur enim ignorantia vincibilis quoties aliquis eam diligentiam moralem quam habuit ō adhibuit, postquam ejus menti occurrit cogitāo vel dubitāo ipsius obligationis

Corollarium 1um

Hinc colliges homicidium ab ebrio patratum quod ipsi posse ad culpam imputari si forte ad vehementiorem iram aut alia flagitia proclivem se vir ebriosus censerit. Sed ō crediderim homicidium ab ebrio qua primum vice ebrius factus ē ipsi imputari posse ad culpam nisi se advehementissimum irae motum propensum prius agnoverit. cum enim moraliter loquendo ō connectatur

cum ebrietate furor tantus qui ad homicidium perducat censeri ō debet vir suppositus potuisse tantum scelus augurari ex ebrietate sua quamvis ori minosa consecuturum ac nihilominus ut ab hoc scelere deterreantur homines ad quae ut ebrii et furiosi quantum possunt cogitatione poenae cohibeantur in ebrios homicidas severius animadvertitur

2um

Quae fiunt ex ignorantia consequente sunt voluntaria nec excusant a peccato fiunt enim ex ignorantia vincibili

Obj. nihil ē volitum nisi cognitum sed quae fiunt ex ignorantia ō sunt cognita gō nec voluntaria

Dist. Maj. nihil ē voluntarium nisi cognitum vel formaliter vel interpretativè C. nisi cognitum formaliter. N. Maj. porro quae fiunt ex ignorantia consequente ō sunt cognita formaliter per actualem attentionem sed sunt cognita interpretativè, virtualiter quia qui ō vult adhibere diligentiam ut cognoscat quae sibi agenda sunt censetur ex judicio viri prudentis velle et cognoscere quae inde sequuntur et hoc ē cognoscere interpretative

prōō 4a

Nullum ē peccatum phylosophicum et quod idem ē peccatum imputari pt. pt et debet ut offensa Dei etiam si peccans ad Deum ō attenderit peccando aut etiam Deum ō noverit

Prob. id imputari debet ut offensa Dei in quo datur libera

Dei legis violatio atq. in peccato quod admittitur sine attentione ad Deum vel sine prohibitione Dei cognita nihilominus datur libera Dei legis violatio. tunc datur libera legis violatio quando adē divina lex criminosam actionem vetans et libere lex ea negligitur atq. in peccato quod admittitur sine attentione ad Deum adē divina lex criminosam actionem vetans et lex ea negligitur adē quoties aliquis peccat ō difficultatibus adversariis divina lex quae ordinem praecipit eum que perturbari vetat. item libere lex ea Dei negligitur ut enim censeatur lex illa divina negligi sufficit ut inter peccandum facillimum sit divinam prohibitionem detegere atq. ita se res habet. ā 1º homini Deum cognoscenti facile ē noscere id omne a Deo prohibere quod ē in se pravum, 2º autem homini Deum ignoranti facile ē ad Dei notitiam pervenire ato ad quae ipso agnito intelligere perversa quaelibet a Deo vetari.

Praeterea admisso peccato phylosophico sequeretur Deum quantum possumus a cogitationibus nostris utile ēē repellere ne videlicet frequentius ad Deum attendendo locum praebeamus majori peccatorum gravitati, et periculum incurramus eum offendendi atque illius amicitiam deperdendi. sequeretur etiam meliorem ēē conditionem infidelium, obsecatorum hominum in sceleribus suis et atheismo induratorum quam eorum qui cum timore Dei et perpetua illius cogitatione salutem suam operari nituntur. tandem sequeretur dolendum eis ēē qui ad Dei cognitionem producti sunt siquidem ignorando Deum et Christum facilius et fuissent ab aeterna damnatione securi

objectiones dilui possunt hoc semper augendo proprio quod nempe ō apud deum excusetur qui negligit vel qui se ignorat vel ad ea quae pensitare debet animum advertere quae propter quantumvis objectetur eum qui de Deo inter peccandum ō cogitat nullam intendere certa scientia et maligno motu Deo inferre injuriam constabit ab ipso divinam laedi majestatem quia abutitur vel ō utitur mediis divinitus concessis ad advertendam dei legem quae prava nulla ō cohibet et bona faciendu imperat

Finis Primae Partis Moralis.

Die lunae vigesimâ mensis aprilis anno Domini 1761.

⁜ ⁜ ⁜ ⁜ ⁜ ⁜ ⁜ ⁜
⁜ ⁜ ⁜ ⁜ ⁜ ⁜ ⁜
⁜ ⁜ ⁜ ⁜ ⁜ ⁜
⁜ ⁜ ⁜ ⁜ ⁜
⁜ ⁜ ⁜ ⁜
⁜ ⁜ ⁜
⁜ ⁜
⁜

Pars Secunda
Moralis
Seu
Moralis Specialis

Moralis specialis expendit hominum officia speciatim sumpta jam vero tot sunt hominis ~~vitia~~ objecta quot respectus sub quibus considerari pt. homo sub triplici respectu considerari pt. nempe relative ad se ad Societatem et relative ad deum excolemus 1°. officia in ordine ad se ipsum 2°. officia hominis in ordine ad Societatem 3°. officia hominis in ordine ad deum

Sectio Prima

De officiis hominis in ordine ad se ipsum

Duplicis generis hominis erga se ipsum officia distingui pnt alia quae respiciunt animam

Alia spectant ad corpus

his officiis quae quodammodo sunt hominibus interna tertium genus officiorum adjungunt phylosophi eorum scilicet quae spectant statum hominis

de his officiis sigillatim dicendum ē

Caput Primum
De officiis hominis in ordine ad mentem Suam

in eo generatim consistunt erga mentem propriam officia ut ea perficere ~~pro~~ studeamus actionem que in finem sibi consentaneum dirigere.

Prōo

Ad multa erga se ipsum officia tenetur homo et imprimis quoad mentem Suam.

Prob. 1a pars. existit enim in homine lex naturalis ad cujus observationem astringitur atq. rueret legis naturalis observandae obligāo si ad nulla erga semet ipsum officia obligaretur homo ā si res ita se haberet neque perfectionem propriam neque affectuum rectitudinem neque felicitatem Suam homo teneretur aucupari et conquirere atq. nisi ad haec posteriora sedulo conquirenda homo teneatur legis naturae observandae rueret obligāo tunc exertetur legis naturalis observandae obligāo quandò ō aderit obligāo ad necessaria ut lex naturalis observari possit atq. si ō detur obligāo consectandi perfectionem felicitatem et affectuum suorum rectitudinem jam cessabit obligāo ad ea quae sunt necessaria ut possit observari lex naturae si abjecto felicitatis et suorum affectuum studio repugnat ut lex naturalis observetur ut evidens ē.

Et certo ō in vanum nec sine ullo consilio et certo fine impressit nobis deus amorem nostri quo infelicitatem et imperfectionem nostram horrere cogimur et de felicitate nostra ex perfectione laetari atq. si ad nihil erga nosmet ipsos obligaremur jam nullo fine et concilio impressa fuisset tam insuperabilis nostri dilectio

Prob. 2a pars scilicet praesertim quoad mentem propriam ad multa homines officia teneri ā ad eam praesertim excolendam sui partem homines obligantur quae nobilior et excellentior ē ac veluti communis terminus hominis operāonum. atq. mens humana ē pars hominis nobilior et excellentior et veluti terminus omnium hominis operāonum quis enim nescit quantum anima praestet corpori et qualem sibi partem vindicet in hominum operāonibus ḡo ad multa officia erga se tenentur homines et praesertim quoad mentem suam

Corollarium

Cum duplex sit animae hominis facultas nempe intellectus et voluntas hominis officia erga mentem suam revocantur ad curam intellectus et voluntatis qualia sint haec officia. confestim patet ex fine utriusque relictae facultatis

finis intellectus ē cognoscere judicare ratiocinari hinc

Primo opera debent dare homines ut fiat intellectus ad cognoscendum judicandum ratiocinandum modo qui tam praeclara facultate dignus sit proinde que ō levis culpae hi sunt redarguendi qui sui vires ingenii exercent aut ad nugas convertunt vel qui vacant a labore quo quidem solo praeca-

veri ipt ne acies ingenii perdatur et consequendae scientiae quae essentialis ē ineptus evadat intellectus.

2°. Homo uti debet intellectu in suimet ipsius cognitionem. cognitio autem sui ipsius duobus continetur nempe cognitione ppio a quo homo originem ducit et cognitione finis ad quem destinatur go debet homo investigare et ppium unde existit et finem propter quem existit, suas que actiones ad eum finem qui ō distinguitur a possessione dei dirigere

3°. Oportet sensus ~~naturales~~ morales fovere et intendere praesertim illum honesti et decori quo cernimus quid deceat quis in quoque sit modus quid hominis sapiat dignitatem. sunt enim hi sensus elementa ex quibus carmen elicitur quae licet naturae omnium sint in entibus tamen attentione et recta institutione vividiores efficiuntur hinc in adolescentibus qui fuerunt educati longe magis vigent acriori laudis studio incenduntur magis timent infamiam pulchritudine magnarum actionum fortius commoventur a turpitudine magis avorat

4°. cum pravae opinionis sanitate spolient hominum ō secus ac sanguis in corpore corruptus illius vitia talidum, omnibus opibus elaborandum ēnt nullae insideant in mente praejudicat opiniones et in judicando vitemus temeritatem quod vitium effugere qui volet adhibebit ad res considerandas tempus et diligentiam nihil tenebit quod ō habuerit perspectum et cujus ō possit causam probabilem reddere ō alieno stabit judicio et more pecudum sequetur antecedentium legem tamen quoniam quisque scire omnia nequit

et major hominum pars philosophiae vacare ō pt nihil consideratum magis
saepe numero quam petere a sapientioribus concilium eorum que parere monitis

5°. Sed horum cultura in his vertitur ut mens veris induatur sententiis circa res ad
officium pertinentes ad quae maximam sibi comparet rerum dignioram
scientiam. Species enim ab intellectu representatas sequuntur semper voluntatis
motus ad dicendum igitur recte ea aestimare quae appetitus stimulare
solent perspiciendum que quid quaeque ad bene vivendum afferant et qui
sint fines bonorum et malorum quibus cognitis inventa ē vitae rāo alte
igitur infigendum animo ē summum hominis bonum ēē scitum in pietate
erga deum et erga homines benevolentia itaque 1°. natura divina omnes
que ejus virtutes infinitae pro viribus explorandae sunt. praecipue quae
veneraōnem nostram amorem fiduciam que alliciunt deinde intrandum
ē in naturam humanam sedulo que discendum qui homines sumus quos
deus ō ēē velit quid munus quam personam, communem et cuique propriam
imposuit intelligat quisque se ō casu et fortuito sed divino munere natum
tantis que instructum dotibus aliquid sentiat se habere divinum ingenium
que in se suum ut loquitur Tullius simulacrum aliquod dedicatum
putet. intelligat etiam quisque ō ēē suam vitam hujus terminis
finitam sed in hac conditione meliori vitae praeludi. intelligat quisque
quemadmodum in vita subornatus venerit quanta habeat instrumenta
ad obtinendam felicitatem aliarum rerum praeter virtutem et sapientiam
adhibenda ō despicientia quam comparabit quicumque sedulo perpenderit

quam sordidae fluxae et caducae sint voluptates quae res his inserviunt atq. ipsa quidem corpora quam exigua sint gaudia quam parum necessaria quae ex vitae cultu et splendore percipiuntur quamque etiam incerta quam curis paranda et servanda et quam cito satietatem aut nosecum allatura deinde quam imperfectae sint scientiae ad novas obscuritates ancipites que cogitandi curas et tenebras animum subinde ducentes impeditum nostram que de rebus detegentes caecitatem aut hebetudinem quantura sit gloria ab ignavis immerito collata aevi brevi et spatio incerti fluenda per exiguam terrae partem permeans cum omni laudatorum et laudantium memoriam aeterna nocte obruenda. eadem etiam brevis aevi memoria et meditatio; animum ad aspera omnia et adversa ferenda aut spernenda confirmabit praecipue hoc adjuncto animum perpetientem et perferentem vires suas amplificaturum et ad instar ignis validi omnia conjecta in suam naturam convertentis aestique ardentiore prorumpentis se ea ipsa mala in insignioris laudis materiam convertere posse.

ut brevi praecidamus; humana omnia fluxa incerta putida brevis diei fatio peritura in immenso et utrinque porrecto aeternitatis oceano mors absorbendo quid ē in hominis vita diu. cedunt et dies et menses et anni cui que moriendum ē et illud incertum ad hoc ipso die: cum que advenerit supremum tempus, omne quod praeterit effluxit tantum remanet quod virtute consecutus sis; beatae immortalitatis spem praebens laetam

quae sola animam vera fortitudine confirmare et divini imperii justitiam et bonitatem illustrare pt.

finis voluntatis ē bonum appetere et malum aversari et fugere. hinc

1º operam dare debemus ut appetitus nunquam feratur nisi in bonum verum et nunquam abhorreat nisi a malo vero hoc animo alte infigendum rationem in hominem partem ēe praecipuam quam antecedit animantia ē natura aliarum facultatum ~~h~~ dominam et reginam suum ego ~~abrogant~~ arrogent sili imperium mens et rāo vires que penè divinè in appetitus omnes eos que regere et reprimere assuescant. qd continuam fere ~~in~~ humani generis statu postulat meditationem attentionem; huic plurimum conferet officia pietatis erga deum adorāo preces delictorum confessio pia vota perpetuus dei omnia intuentis et ubique praesentis sensus. summum studium nostrum sit in vita Jesu Christi meditari saepe a timore volvantur quaedam sententiae ex scriptura vel ex imitatione christi vel ex aliis his operibus desumitē - V. G. iste: ne morare novissima tua in aeternum ō peccabis. declina a malo et ad bonum - miserere mei deus, averte faciem tuam a peccatis meis et omnes iniquitates meas dele. si iniquitates observaveris domine, domine quis sustinebit ō ō homo qui recogitet super terram.

Quoniam vero passiones ō sine causa fuerunt nobis ab autore naturae ingeneratae ō ē necesse illum quietum stoicorum statu sed uti fuerunt temperatae licetit earum stimulis parere hinc.

1º cum paupertas magnum malum sit nos que multis faciat obnoxios incommodis quaerere opes ō modo licet sed suadet rāo. modo ō sit immoderata appetitio, et aestimentur tanti quanti valent scilicet ~~conste~~ propter utilitatem ad victum et vestitum atque ad alios sublevandos neque vero rei

familiaris amplificatio nemini nocens vituperando si opes dederit fortuna aut conciliaverit industria sed fugienda omnis injuria ē nec studiose licet pecuniam recumbere. oportet semper meminisse nihil ēē tam angusti animi tamque parvi, quam amare divitias nihil honestius magnificentius que quam pecuniam contemnere si ō habeas. si habeas, ad beneficentiam liberalitatem que conferre magnas opes parum augere felicitatem imo onerique ēē quia crescentem sequitur cura pecuniam majorumque fames deamigitur cum rege sapientissimo praecemur. paupertatem et divitias ne dederis mihi tribue tantum meae vitae necessaria — in divitiarum usu si illas habeas majores adhibenda ē magnificentia et liberalitas. si habeas mediocres frugalitas si nullas aequanimitas et patientia.

2°. Quoniam adjuncta ē naturae nostrae appetitio principatus ut nemini parere animus bene informatus venit nisi praecipienti aut docentis aut utilitatis causa juste imperanti cumque intersit maxime boni plurimi ut praeclarissima ingenia ab appetitione excitentur ad magnas res gerendas ō ~~bo~~ omnis damnanda ē ambitio virtus honoris et potentiae cupiditatem temperans modestia dicitur quae praecipit: 1°. ō minus elate sed sobriè de se concipere. 2°. honores, quibus tribus ē ō alius prosequit 3°. inferioris conditionis hominibus se ipsum accomodare humaniter que cum illis agere 4°. alios delito honore ac laude nunquam fraudare. 5°. curare ut nec cultu corporis nec in requo apparatu gestibus victu aedibus, et similibus ex immodico et fastuoso splendore captes gloriam. uno verbo ~~ad~~ absit omnis superbia et impotens dominandi libido.

3°. cum omnis dolor contrarius naturae sit. nihil que magis secundum naturam quam voluptas illum sine dubio fugere hanc prosequi licet

sed cavendum studiose ab his rebus quae dum voluptatem afferunt molles et effeminatos reddunt minuunt vires mentis et corporis avocant a rebus gerendis magnis intensis conciliantur magne rerum ad vitam necessariarum consumptionis causae sunt quae denique concitant odia jurgia dissidia. et quae omnis victus quamvis et ex benignissima constitutione Dei habeat junctam voluptatem potius tamen ad voletudinem quam ad voluptatem referendus ē intelligendum ē nullum omnino ēē posse cum virtute commercium voluptatem ō satis ēē dignam hominis praestantia turpe ēē discurere luxuria et delicate vivere ideo que qui sunt paulo erectiores nec ex pecudum genere quamvis voluptate capiantur occultant appetitum voluptatis propter verecundiam voluptatis appetitum moderantur sobrietas et castitas. sobrii ē cibum et potum sumere ad conservaōnem vitae eum quo corpus minus gravatur et animus magis ab illis ad officia refellitur in cibo et potu ō quaerere superfluat ō sumptuosa ō splendida. ō multum tempus ad mensam consumere sunt tamen tempora in quibus feriandum ē et genio indulgendum modo omnis caveatur animi et corporis perturbao casti ē inhonestas ō capere voluptates earum memoriam ex animo delere nec pati ut earum cogitaōne commoveatur vitare illa omnia quae earum desideria possunt excitare seu commessationes seu picturas, in quibus ē aliquid lassivum seu sermones obcoenos et illiberales jocos. eluceat in gestu, in vultu, in habitu verecundia ~~vanitas~~ vanitas enim ē carnis desideria sequi et desiderare. gravitet oportet deleri vanitas ut recte ait auctor imitaōnis Christi

ad dolorem sustinendum ad hibenda patientia ejus munus ē animum sit offirmare contra calamitatem et dolorem ut nihil effeminatum et indignum viro forti edat ō contra providentiam murmuret, aut adversus proximum doloris causa spiret vindictam quae virtus comparanda ē consuetudine tolerandi leviora bonae conscientiae securitate et calamitatum quae nobis semper impendent praevisione

2°. id praecipue debet ee cur mentem exornemus virtutibus quae voluntatem ad boni moralis prosecutionem et mali fugam impellunt.

3°. Sua voluntate uti debet homo in sui amorem. amor autem sui postulat ut homo paci interiori obtinendae caedendis conscientiae stimulis vitio extirpando virtuti promovendae studeat omnes que suas actiones ad assequendam aeternam felicitatem seu dei possessionem in qua sola consistit vera beatitudo dirigat. frequentissime actionum examen peragere earum rationem a se ipsis quaerere se ipsos judicare quid ad augendam perfectionem aut felicitatem suam confecerint expendere debent eas que omnes curas ut prorsus inutiles habere quae ad comparandos perfectionis novos gradus nihil contulerunt

Caput Secundum

De officiis hominum in ordine ad corpus suum

tanta e corpus inter et animam hominis conjunctio ut a diverso corporis statu o solum suspensa sit ipsius animae felicitas aut miseria sed etiam saepe ex inde pendeat animae perfectio amor itaque tum perfectionis tum proprietatis postulat ut nostri curam geramus corporis ne ad ejus occasionem afficiamur malis felicitatem nostram turbaturis vel disciplinis honestisque rebus consequendis inepti evadamus unde necesse e ut omnes corporis facultates quanto possumus studio moderemur et in corpore juxta praescriptum rationis gubernando simus diligentes et operosi.

Et 1°. quidem corpus necessariis alimentis pascendum e ut ejus vita cujus desiderio flagramus servari possit sana atque incolumis sed attendendum id qd in sumptione sibi natura requirat o quid gula suggerat si enim superfluo pasuit vel potuit frequenter deservi erimus continget certissime

vel ut valetudo corporis deficiat vel ut corpus in rectorem suum animum nempe insolentius efferatur impinguatum quippe corpus inquit Scriptura et dilatatum recalcitrabit. imo ad redigendum corpus in servitutem animi aliquando castigandum ē media ā genus dum daemonia tentant homines docent e christo ō superatur nisi ratione et jejunio nihil profecto in vita hominum turpius ē quam videre plurimos qui intra praestitutos fami et sati a natura fines ō permaneant intemperantiores brutis ipsis animantibus quae postquam epulis famem suam exemerunt ab oblatis dapibus vorandis refugiunt.

2°. Nec molliter curandum corpus nec nimio labore frangendum sed moderata exercitatione ipsius vires corroborandae. potissimum que observare oportet nullam foediorem ēe pestem mollitie et desidia quae ō tantum corpus inficit atque corrumpit sed ipsam mentem noxia quadam contagione inficit sed ipsam emollitur et enervatur tio corpus ut totum hominem inertem efficiat et aliq animos viriles gerere et postea resumere vix permittat qd utinam quotidiana ad oculum exempla ō demonstrarent quot enim homines reperire ē hanc quorum vita corpore suo prope modum a somno perenni ō discrepat quot sunt desidiosi et laboris impatientes homines qui vitam inutilem sin minus infamem transigere soleant donec eam cum obscura ignominiosa morte commutent postea quam gravi terrae superficiem pondere oneraverint.

3°. impendere operam tenemur ut viam occludamus vitiis que per sensus corporeos turma maxima conantur animum invadere et praecipue juvenibus ea incumbit cura ut praecaveant sibi ab his rebus quae periculosas in sensibus commotiones tum que subinde in anima vividiores affectus excitare possunt ā cum in ipsis exardescat cupiditas, ferveat imaginationis vis ac sanguis fortius ebulliat repente ex visis et auditis vehementius inflammantur et ad medullas insanabilis ō nunquam inde morbus penetrat. qd si ō

nihil indulgere sensuum voluptati licet et expedit natura ad id imputante ō ideo nullus ēē debet in voluptate sensuum capessenda modus nulla discretio minimum ō omnis licet corporea voluptas sed potius quaelibet oblectamenta corporis vituperaōnem merentur simulatque in libidinem degenerant nihil que magis inimicum ē divino raōnis muneri quam effraenatior in corporeas voluptates effusio neque enim inquit Tullius libro de senectute in voluptatis regno et dominatu virtus pt consistere quod ut magis intelligi possit pergit ille post Quintum Maximum

Fingamus enim aliquem incitatum voluptate corporis quanta percipi pt maxima Nemini erit dubium quin tandiu dum ita gaudebit nihil agitare mente nihil raōne nihil cogitaōne concipere possit.

4° Nemini licet nutu proprio semet ipsum interficere quantumvis ipsum vivendi taedeat his ō licet semet ipsum interficere qui nullum in vitam suam dominium a divino jussu independens possident atq. homines nullum in vitam suam dominium a divino jussu independens possident ad eos ō pertinet dominium in vitam suam a divino jussu independens qui ex se ipsis vitae ō habent ppriam sed a Deo solo vitam mutuantur gō homines ō habent in vitam suam dominium a Dei voluntate independens gō nutu proprio ō licet ipsis semet ipsos interficere

Et certe si quando violentas sibi manus inferre licet maxime ad vitanda hujus vitae mala atq. hac de causa ō licet vitam eripere proprio nutu ā nemini licitum ō spem ac fiduciam in deum abjicere ejus que concilijs ō acquiescere sed quicumque sibi vitam eriperet ad vitanda praesentis vitae mala eo ipso spem et fiduciam in deum

procul abjiceret nec in providentiae conciliis ut par ē acquiesceret ā quisquis sperat in deum et ejus providentiae conciliis acquiescit persuasum habet ō aberrare providentiam beneficentissimam que dei voluntatem quando mala nobis obtingere etiam gravissima permittit sed potius judicat ea divino concilio in finem nobis ~~profi~~ utilem dirigit, quapropter praesentem probationis ac militiae statum breviorem efficere ō licet proprio nutu

Deinde vetat etiam caritas patriae, ~~an~~ cui nos debemus et cui nos substrahere pro libitu ō licet ā etsi parum prodeē aliis posse nos sit admodum verisimile tamen propter varios casus id certo scire nunquam possumus. praeterea exemplis virtutum in omni aetate et in omni vitae conditione acerbissima homines ad virtutem accendere licet imo ipsa invicta animi in maximis aerumnis constantia e contrario de se statuere exitiosum aliis exemplum ē.

Denique vetat etiam sui amor et prudentia inconsideratum quippe ē divinae providentiae leges invertere ad futurum statum aut vocatum a Deo profecto si militia sit vita hominis super terram et probationis ad disciplinam status qui ad alium nos praeparat illum breviorem efficere cum nostro commodo ō possumus imo immatura mors magna poterit incommoda considerandum ē majorem ēē animi excelsitatem et constantiam in contemnenda fortuna quam subeunda morte. ā ut ait Martialis

Rebus in adversis facile ē contemnere vitam
fortiter ille facit qui miser ēē pt

idem docuerunt inter veteres Pitagoras socrates Cicero alii que imo contumeliosa sepultura dignos ēē dicunt qui de se statuissent. apud Romanos sepulturas prohibebantur

Obj. 1º fortis ē animi malum mortis ita displicere ut libenter et sponte appetatur atq. licet hominibus quid forte q̄d magnanimum q̄d virtus ē.

N. Maj. ā qui mortem sponte oppetit vel eam subit quin vi malorum ad ipsam subeundam adigatur vel quia vis malorum adigit atq. in neutro casu fortis ē animi mortem oppetere ō in primo, fortitudo enim longe discrepat a furore et stultia praecipiti atq. furor ē et stultitia sibi mortem intentare quando nulla ad mortem obeundam impellunt mala gravia in secundo quoque casu ō fortis sed multo magis ignavis et imbecillis ē animi e vita proprio nutu discedere ā fortitudinem ex fortunam ferendo ~~fortis~~ superare et ignaviae malis vinci, et propter illa animum despondere sed malis vincitur quis quis sic aerumnarum molestiis frangitur ut diutius pati nequeat sed perennido laborem fugiat, ā fortius ille facit qui mix ēē pt

Obj. 2º licet vitam pro rege, patria &c. extremo objectare discrimini sed apertis periculis caput objicere idem ē ac sibi mortem inferre q̄o licitum ē sibi met ipsi vitam eripere.

Dist. Maj. licet vitam pro rege patria extremo objectare discrimini quia tunc certum ē deum velle ut animam ponamus C. Maj. secus N. Maj. itaque observandum ē in assertione duntaxat statuit nefas ēē nutu proprio se interficere; ō autem quando constat divina voluntate imperare ut mortem appetamus. porro cum patriae bonum id postulat constat divinitus imperari ut mortem obeamus si quidem lege divina tenemur ad bonum societatis pro virili parte promovendum et satius ē publicae securitati

ac plurimorum saluti prospiciare abjiciendo propriam.

Obj. 3. Samson et Eleazarus fortes celebrantur eo qd se ipsos hostes que suos eadem ruina oppresserint laudantur etiam bene multae virgines quae sibi violentas intulere manus go &c.

Dist. Ante. celebrantur ut fortes eo qd se ipsos et hostes suos eadem ruina oppresserint ad obsequendum Deo imperanti interius que moventi C. Ante. eo qd se ipsos occiderint proprio nutu ad vitandas ejus vitae calamitates N. Ante.

Haec exempla sunt singularia nec trahi debent in consequentias cum enim Deus sit supremus vitae necis que arbiter nihil ē qd ō teneamur moliri ad obsequendum ipsis specialiter imperanti qd tamen ō liceret in aliis circumstantiis sic miles pt et debet a statione sua discedere si jubeat imperator ō deberet tamen proprio nutu

Inst. Deus pt imperare occisionem sui. atq. ō pt imperare qd per se malum ē

Dist. Mi. Deus imperare ō pt qd per se malum ē in omnibus circumstantiis C. Mi. in quibusdam N. Mi. porro directa sui occisio ē per se mala in quibusdam circumstantiis si fiat proprio nutu privatae personae at ō ē mala in quibus libet circumstantiis, si fiat nutu et instinctu divino certe si homo teneatur pro reipublicae bono suam profundere vitam si aliter servari nequeat respublica quanto magis tenetur eam profundere jubente deo sic Deus olim imperavit Abrahamo ut isaac unigenitum sibi immolaret sibi.

Inst. Deus ō posset imperare nec mendacium qd nec directam occisionem sui N. Cons. et pari. rāo ē quia mendacium et odium sui sunt per se mala sub omni respectu ex parte sui et seorsim a circumstantiis at vero occisio sui ō ē mala ex parte objecti et seorsim a circumstantiis certe sicut

imperator ō pt imperare militi ut contra rempublicam arma gerat quia hoc malum ē ex parte objecti pt tamen imperare ut deserat stationem ita deus nequit imperare odium dei quia malum ē ex parte objecti pt imperare occisionem sui quae ō ē mala nisi in quibusdam circumstantiis

Obj. 4°. licitum ē eligere minus malum majoris vitandi causa atq. se ipsum occidere ad vitandas calamitates ē eligere minus malum

e N. Mi tum quia mors ē malorum maximum saltem ratione consequentiam tum quia ō habemus jus necis in nosmet ipsos.

Obj. 5°. tanta sunt aliquando hujus vitae mala ut tolerari nequeant neque ab his liberari possimus nisi summo tantum mortis remedio. atq. in tantis rerum et malorum angustiis licet unico qd suppetit interitus uti remedio go &c.

Et vero cum Deus nobis vitam dederit tanquam beneficium succensere ō pt nobis si beneficium illud respuamus quando vertitur in incommodum si repellamus illud et amoveamus quando gravare magis quam beare nos incipit go &c.

e N. Mi. et si enim mors unicum eet malorum quae patimur remedium salus ē proprio nutu et arbitrio hoc remedium exitiale adhibere sed expectandum ē donec divina providentia qui cui nostra innotescunt mala his finem dedat vel aliud sorti nostrae levamen ac solatium ad protectionem N. inasci deum ō posse nobis et succensere quando datum vitae beneficium aliquorum malorum causa quae in vita contingunt quippe succensere debet omnibus qui ejus providentiam incusant ad benignitatem justitiam ve

in dubium revocant atq. hoc crimine tenentur qui vitae beneficium
pro tempore mala quae patiuntur abjiciunt a Si divinae benignitati et justitiae
o dissiderent mala occurrentia spectarent vel ut poenas suis sceleribus debitas
vel ut occasiones quibus eorum patientia et fiducia in deum probatur
meritisque majoribus locus suppeditatur go &c.

Ins. juxta hujus responsionis principium spectari etiam deberent morbi
calamitates et caetera mala quae nobis impendent, vel tanquam poenae
criminibus debitae vel tanquam occasiones meriti comparandi aut totidem
patientiae nostrae exercitia divinitus praeparata ac destinata proinde censendi
essent divinae ordinationi se ipsos substrahere quicumque niterentur mala ejus modi
a se ipsis removere unde approbanda esset et laudanda consuetudo Turcarum
qui saeviente in urbe sua et regionibus peste exinde o abeunt veriti ne provi-
dentiam incusare ac ejus dispositiones violare videantur

C. 1am partem Antecedentis Nego 2am a licet mala occurrentia vel sint
bene propriorum criminum vel occasiones totidem quibus aut patientiae
aut meritis locus suppeditatur nihilominus divinae ordinationi o se substrahit qui
sibi a malis calamitatibus praecavet quandoquidem ipsa nobis providentia largitur
saepissime medium malorum atrocitatem vitandi ita quidem ut salutiferis
mediis uti debeamus ad nosmet ipsos divinae ordinationi reservandos tenendamque
stationem quam nobis deus hac in vita designavit ex qua o nisi coactis necessitate
digrediendum e hinc intelligitur sequens

Corollarium

go Nullus proprio nutu et arbitrio subire debet periculum o solum vitae
amittendae sed etiam integritatis valetudinisque membrorum et corporis

Caput 3um

De officiis hominum in ordine ad Statum Sui externum

Status hominis externus ē peculiare ad placitum vitae genus qd quisque seligit et in quo tempus de genere homo suscipit. Sua sunt cuique vitae generi adjuncta commoda et incommoda. Sua sunt munera officia sui fines quibus magis aut minus unius cujusque indoli ut facultatibus conveniant unde etiam ō parum faciunt ad vitam honeste et jucunde transigendam.

Quamobrem 1°. in eligendo vitae Statu peculiari externo diligentia maxima adhibenda ē cujus tamen rei difficultatem auget qd informa ad hac aetate delectus istae conditionis ac sortis fiat. ineunte adolescentia ~~incipit~~ inquit Tullius libro primo de officiis. cum inē maxima Concilii imbecillitas tum id siti quisque genus aetatis degendae constituit qd adamavit itaque ante implicatur aliquo certo genere cursuque vivendi quam potuit qd optimum eet judicare. ac quoniam nos urget plerumque necessitas vitae statum in juventute determinandi ā serius in tempus delectum ~~vitae status~~ conjiciendo careremus saepissime intervallo et copia ad discendi res ad peculiara vitae genera necessarias ~~Scelesti~~ imprimis celesti implorato auxilio in concilium vocandi sunt viri prudentes quibus nostrum innotescat ingenium et indoles ut quid nobis conveniat exploratum habere possimus. quo semel determinato in suscepta vitae institutione permanendum ē nec leviter ad aliud vitae genus transeundum oportet, inquit loco citato Tullius accuratè expendere quid quisque habeat sui eaque moderari nec velle experiri quam se aliena deceant,

ne Ethnici plus quam nos habere videantur prudentiae illi enim ō optimas sed accommodatissimas fabulas eligunt

Secundò cum diligentia et honore defungendum ē muneribus et officiis ejus status quem Selegerimus qd ut praestari possit ob oculos finis status a nobis assumpti Scopus que debet observari aliud enim studium aliusque finis negociatoris considerari judicis fabri Agricolae &c. cur et igitur unus quisque ut in his potissimum erudiat sese et exerceat quae spectant ad suae vitae genus turpissimum que existimet rerum illarum imperitiorem et negligentiorem ēē

3°. in quocumque statu externo danda ē opera ut simus bona fama digni et ne in malam opinionem venire mereamur.

Quamvis enim gloria praesertim Dei et communis utilitas nostram debeat excitare ad recte agendum sedulitatem aequum tamen ē nedum illicitum ut bono animi acquirendo studeamus viliores enim tantum animae nullo afficiuntur bonae famae desiderio

Quartò qualemcumque vitae statum rāo nobis vel sors objecerit iniquum ēēt eos aspernari quin in vilioribus occupantur vitae generibus meminisse enim debemus homines singulos ēē totidem veluti corporis alicujus communis membra quae mutuam sibi praestant licet diversis officiis operam ac servitutem hinc si principe rusticus egeat quo defendatur et regatur vicissim indiget agricola, Princeps, quo alatur et uterque utilis sibi mutuo ac necessarius ē uterque quodam modo alterius servus

5°. in vitae genere eligendo inspicere primum debemus nosmet ipsos ut intelligamus ad quae munera simus magis instructi a natura deinde ipsas res quas aggredimur considerare oportet et vires nostrae cum rebus quas tentaturi sumus comparandae. Debet plus ēē virium in latore quam in onere ā necesse ē opprimant onera

quae ferente majora sunt in quo ipso tamen cavendum ē ne aut temere desperemus propter ignaviam aut nimis confidamus propter cupiditatem

Benè praecipit etiam Epictetus ut quisque sibi constituat legem vivendi isti vitae generi consentaneam quam quisque elegerit ad quam singulae actiones sunt dirigendae sive solus sit sive inter alios versetur, hac rāone summa orietur vitae constantia et idem tenor

Sectio 2a

De officiis hominum in ordine ad Caeteros homines

Omnium officiorum quibus erga se invicem homines obstringuntur ppium jam vulgò deprimunt post Bulphedorphicum phylosophi a Sociabilitate Sociabilitatem definiunt illam quae in animis hominum existit dispositionem propensionemque vi cujus ad benevolentiam ~~ego~~ erga consimiles nostros inclinamus movemur ad bona quae possumus his conferenda ad conciliandam nostram cum eorum felicitate felicitatem ~~tantum~~ tandem que ad postponendum publicae utilitati privatum nostrum commodum.

ō diffitebunt Sociabilitatem hoc modo explicatam ex quo ~~deduci~~ dici posse ppium ex quo dimanent atque deriventur omnia erga alios officia; sed cum vocabulo Sociabilitatis intelligi tantum videantur officia quae societatem attingant sintque officia quae ab inita societate ō pendeant V. G. officia quae ad inimicos et exteros homines respiciunt cumque praeterea allata Sociabilitatis definitio plures complectatur partes quae indigent ex altioribus ppiis deduci et demonstrari V. G. praescriptum conferendi bona aliis hominibus suum commodum bono publico subjiciendi satius ēe duxit diversa paulum rāone originem et

seriem officiorum nostrorum erga alios homines exponere.

Itaque officia hominum erga caeteros homines considerari puto ~~quasi~~ tanquam duplici generaliori ppio subnixa scilicet humanitatis communi titulo et studio societatis prima spectant homines cujuscumque regionis et nationis 2a. spectant peculiarem eam hominum multitudinem qua cum certis colligati sumus societatis vinculis.

Hinc praesentem sectionem in duplex caput dividemus de gemino officiorum praedicto genere seorsim acturi

Caput Primum

De officiis hominum erga alios communi humanitatis titulo subnixis

in universum probabimus homines teneri ad aliorum hominum dilectionem atque exinde praecipua quaedam humanitatis officia ut corollaria totidem eruemus

Prōo

Homo tenetur ad alios homines diligendos

Prob. ad illud tenetur homo qd primaria legis naturalis ppia postulant qd amor Dei conscientiae vox, et universalis sapientissimorum hominum agendi norma suadet. atq.

Primo quidem primaria legis naturalis ppia postulant aliorum hominum dilectionem nullus ē nisi plane perditus qui naturali commiseratione malis hominum ō condoleat qui immanitatem ō execretur qui benevolentiam erga alios naturaliter ō laudet et admiretur atq. propensiones ea naturales ipsa sunt legis naturae praecepta quae aliorum dilectionem praescribunt 2o. amor dei suadet dilectionem amor dei nos adigit ad dilectionem eorum

Deus diligit atq. Deus diligit eos enim diligit Deus quibus existe etiam dedit quos eximiis ditavit facultatibus quosque ad praestantem finem sui nempe possessionem destinavit atq. erga singulos ita se gessit Deus.

3º vox conscientiae suadet amorem proximi si quis enim injuste alios homines habuerit ō pt quin sibi factum suum exprobret si vero pietatis officia adversus alios homines adhibuerit jucundissimo fruitur conscientiae testimonio atq. stimuli illi vel bonum istud conscientiae testimonium sunt vox conscientiae hominum dilectionem praecipientis.

4º universalis sapientium hominum agendi norma suadet dilectionem proximi nulla ē natio quae benignitatem ō diligat improbos vero ō execretur hinc ut recentior autor observat duplicis tantum sunt generis hominis quorum solet memoria transmitti posteris scilicet vel illi qui maxima bona hominibus contulerunt ut meritas a futuris etiam saeculis laudes referant et eorum exempla sint utili hominibus consequentibus documento vel illi qui mala tam atrocia intulerunt hominibus ut meritam futurorum saeculorum vituperationem subeant exitialia que eorum exempla indignationi habeantur.

Nihil disertius in utrâ que lege tum veteri tum nova declaratur quam hominum ad mutuam dilectionem obligatio praesertim que lex evangelica fraternam dilectionem mirum in modum extollit unde ō dubitat apostolus Joannes asserere eum legem implevisse qui proximum diligit. et Christus hoc praeceptum diliges proximum sicut te ipsum ait ēe simile primo mandato divinam caritatem jubenti multis que docet in locis eandem nos beneficentiae et misericordiae mensuram apud Deum judicem fore experturos qua erga caeteros homines usi fuerimus.

Hinc sequitur 1°. teneri hominem quemlibet ad alium quemcumque ope ipsius indigentem adjuvandum quantum potest ut consequatur animi corporis ac fortunae bona imo auxilium nostrum aliis denegare non debemus his comparandis bonis majoribus quam ea sunt quibus fruimur quippe tale auxilium denegando invidere nos alterius felicitati foret argumentum quae quidem invidia pugnat cum hominum dilectione ex quo intelligitur quam magnum sit crimen erga alios homines non exercere cum indigent opera misericordiae tum spiritalis tum corporalis

Spiritalia septem numerantur nimirum ignorantes docere, errantes corrigere dubitantibus concilium dare, pro salute proximi deum orare, consolari moestos, ferre patienter injurias offensam remittere de duobus posterioribus mox iterum dicetur. totidem sunt misericordiae corporalia scilicet

esurientes pascere,
potum dare sitientibus
operire nudos
Redimere captivos
aegrotos invisere,
hospitio peregrinos suscipere
mortuos sepelire.

2°. nequidem contrariis aliorum hominum factis tollitur obligatio eorum diligendorum a cum dilectio proximi fundetur lege naturae non mutabilis nec si alter obligationi naturali omittit satisfacere idcirco nobis licet eam transgredi. omnium igitur etiam inimicorum amantes esse debemus et proinde animum oportet habere ab omni vindictae cupiditate alienum omnis vindicta supponit odium illius a quo ultio repetitur. nefas itaque reddere malum pro malo et maledictum pro maledicto

3°. tenemur exemplum praebere bonorum operum à amor omnium postulat ut perficere eorum statum studeamus et eorum imperfectionem perpedire quoniam vera perfectio consistit in virtutibus alios debemus exemplo nostro quo nullum efficacius documentum ē ad virtutum prosecutionem incitare.

4°. opera danda ē ~~malis~~ ut alii fama merita potiantur nec satis ē unum quemque tanti existimare quanti meretur. verum etiam suus omnique exhibendus honos digna que laus tribuenda. abstinendum igitur ō solum a calumnia sed a contumeliis conviciis et reliquis ejus modi flagitiis quae vel apud nos vel apud alios alterius nomen infamare possent. quin etiam quantum in potestate ē aliorum fama adversus obtrectatores ē defendenda. latius patet materies quam ut intra capitis angustias contineatur in summa meminisse oportet ō disparibus nos erga proximum officiis teneri quam erga nosmet ipsos aliis ō ēē facienda quae fieri vellemus facienda vero quae nolis fieri vellemus.

Caput Secundum

De Laminum Erga alios officiis Societatis Studio Subnixis

Societas ē hominum plurimorum adunatio ad eundem finem vel eosdem fines conjunctis viribus assequendos

Hic spectabimus primo loco officia in ordine ad Societatem universim sumptam cujus cumque sit generis ac formae tum vestigabimus officia in ordine ad Societatem sub peculiaribus formis et speciebus consideratam unde articulus erit duplex in quem praesens caput distribuemus

Articulus 1us

De officiis in ordine ad Societatem universim Spectatam

1° contra Obtrium demonstrabimus homines ad Societatem factos ee et divinitus destinatos 2° quae inde profluunt officia colligemus

Prvo

Nascitur homo ad ineundam cum aliis Societatem

Prob. ad illud nascuntur homines et destinantur qd praesens eorum conditio postulat qd requirunt facultates quibus ornantur qd que exigunt naturales propensiones mentibus insculptae atq

1° praesens constitutio hominum exigit ut ineant Societatem cum aliis hominibus illud exigit praesens conditio sine quo neque tuto vitam servare neque veram sibi firmam que felicitatem comparare possent atq sine inita secum societate neque tuto vitam servare neque veram sibi firmam que felicitatem comparare possent a considerari possunt homines vel in tenella aetate et vel in adolescentia vel in senectutis tempore atq. sine inita secum societate nullis his temporibus tuto vitam servare neque veram sibi felicitatem comparare possunt a 1° in tacenti aetate quo pacto servaretur vagientis infantis vita nisi Societas parentum custodia continuum ~~inen~~ parvulo praeberet Subsidium? postea vero cum adolescere juvenis incipit nisi parentum et aliorum consiliis adjuvetur qui deerit aliud quam ferox quoddam animal suae mentis et corporis habilitates ignorans in otio torpens inutili taedio fractum perenni cum exacta virili aetate quae etiam turpiter ac miserabiliter transigetur ad senectutem reciderit eadem recurret quae fuit in homine infirmitas nisi aliorum hominum praesidium et levamen afferatur qo sine inita secum

invicem societate ō possunt homines aut vitam servare aut verum sibi comparare felicitatem

2°. iniri ab hominibus societatem requirunt facultates quibus exornantur ā ea facultates requirunt ab hominibus societatem iniri quae sunt commercio societatis accommodatae et sublata societate fiunt inutiles atq. tales sunt facultates quibus hominum genus exornatur ā V. G. sermocinandi facultas societatis commercio ē apta et adiutrix inserviret sublata societate item facilitas documenta recipiendi varios animae sensus vultu gestibus aliis que signis exterioribus exprimendi aptissima ē commercio societatis sublata societate inutilis ē insuper inaequalis et dissimilis habilitatum dotum que distributio quam natura in hominibus instituit commercio societatis ē maxime idonea et efficit ut mutuis opibus adipiscantur sociati homines ~~[illegible]~~ qd incessum ō et impossibile singulis. at vero tam vera habilitatum varietas vana ēet sublata societate uno verbo ingenium humanum qd inita societate tot artium tot scientiarum capax ē incultum marcesceret decoloratum que sublata societate vilesceret qō 2°. requirunt facultates quibus exornantur homines ut ineant societatem.

3°. Naturales propensiones quod ō mentibus insitas probant nos ēe natos et divinitus destinatos ad ineundam cum aliis hominibus societatem namque ratione nullus cogitari sensus voluptatis potest quam qui ex amicitiae teneritas et dilectionis vicissitudine percipitur. nam sine voluptatis sensu cogitat vir cordatus se aliis placere et utilem esse. dulcissimum quoddam scientias et industrias praemium refertur cum ponit exterius bonam que apud omnes nobis existimāo rem acquirit plerumque nomen nostrum vulgus commendat

tum praecipue incredibili suavitate perfundimur cum nostram pectori laetitiam instillamus tum que potissimum e dolore recreamur cum ~~simul~~ in aliorum sinu et gremio paululum deflebimus. atq. tales ō inliberentur nostris que insiderent animis affectus nisi naturali propensione ad hominum consortium cultus que communitatem ferremur gō nascitur et destinatur homo ad ineundam cum aliis Societatem

Obj. Si homines ad Societatem ineundam nati sunt quisquis igitur in solitudinem abit recedit que a Societate naturae dictamini adversatur atq. hoc falsum ē et injuriam tot praecellentibus ac religiosis viris qui regna urbes suos que deservere ut quem sitiebant deum possiderent, gō &c.

Dist. Maj. Adversatur naturae dictamini quisquis ab omni Societate recedit et sine peculiari dei inspiratione C. Maj. quisquis recedit a Societate saeculi et improborum hominum divino admonente impulsu e S. Maj. itaque recedere quis pt vel ab omni prorsus Societate, vel duntaxat a vulgaribus et nefariis hominum sedibus manifestum porro ē eum naturae praescripto ō repugnare quin vitae pueriorum desiderio accensus inepiorum conventus deserit ~~et~~ haec saeculi ut aiunt Societatem vitam quales sunt illi qui vitam senoliticam amplectuntur sed ō omnis ipsi sunt Societatis exsortes et extorres communibus enim officiorum documentorum exemplorum subsidiorum, bonorumque commerciis et vinculis inter se junguntur ō diffitebor autem illum naturae dictamini obstiturum fore qui, nisi deus specialiter moverit omnem fugeret Societatem his quippe in apertum discrimen vitam suam cum praesertim vergeret ad senium deduceret hinc ait Scriptura ve soli quoniam si ceciderit ō habet sublevantem se ō ideo tamen reprehendendi insignes pietate homines qui totos se in speculis et sylvis abdidere ut poenitentiam agerent deo que servirent liberius exuto negotiorum vitae hujus onere ad illud a que vitae genus suscipiendum

peculiari dei impulsu moti judicandi sunt

Corollarium 1um

Jo ea censenda sunt jure divino praecepta et institutu quae fieri et existere ad Societatis conservationem necesse ē adeo qui prout alibi dictum fuit autoritas publica juris ē divini

Prob. ex ~~assertione~~ assertione praecedenti humanae Societatis colligāo divini juris et instituti go ad jus divinum pertinet quid quid ad humanam Societatem colligendam tuendam ve requiritur ō enim potuit Deus velle finem quendam eum que praescribere quin simul etiam voluerit et praescripserit media ad obtinendum finem necessaria

Corollarium 2um

~~Jo~~ go homo quilibet tenetur quantum pt bonum societatis promovere nec levis culpa reus agitur qui vel sibi soli studet et quaerit tantum quae sua sunt vel qd longe pejus ē qui perniciem societatis machinatur bonum que societatis impedit ex quo intelligitur quantam sustineant culpam homines desidiosi, avari et dissidiorum authores

Corollarium 3um

Ergò tenemur bonum societatis bono privato et proprio anteponere

Prob. ad illud tenemur sine quo Societas cui naturaliter et divinitus destinamur stare nequit incolumis. atq. nisi bonum privatum post conatur publico &c ā cum privata variorum hominum bona saepius sint inter se pugnantia et opposita juges ~~et iterata~~ ~~addere~~ arderent dissentiones perpetuam in omnes ferveret bellum nisi bonum proprium publico subjiciant.

Et vero id evidenter fini providentiae et intento consonat ā deus Societatis

institutor maluit ut vigeret bonum qd omnium interē quam qd privati alicujus refert. proinde &c. idcirco sibi maximam semper apud omnes admirationem fecere qui boni publici gratia opes suas voluptates vitam que abjecerunt

Articulus 2us

De officiis hominum in ordine ad Societatem sub formis et speciebus Particularibus consideratam

Societas specialiter spectata duplex distingui pt domestica et civilis de utraque paragrapho duplici dicemus

Paragraphus 1us

De Societate Domestica

Quadruplex distingui pt Societas domestica nempe conjugalis paterna herilis et familiaris

instituto naturae consentanea Societas ē ea quae vocatur conjugium cujus praecipuus finis et scopus ē humani generis propagāo et liberorum educāo. fines secundarii sunt arctior quaedam conjunctio animorum strictior admutua officia et adjumenta obligāo demum medela misere qua urgentur homines concupiscentiae. definiri solet conjugium viri et mulieris conjunctio individuam vitae consuetudinem retinens.

Ut fines varii ad quos tendit conjugium melius et facilius obtineatur vir unus unam tantum debet uxorem uxor una virum unum; qd satis patet 1o. ex eo qd ab initio deus masculum duntaxat unum et unam foeminam ō plures conjunxerit. 2o. quia poligamia ex parte uxorum plures maritos habentium tum ~~[illegible]~~ prolis susceptioni tum liberorum educāoni noceat. nocet quidem susceptioni prolis ā docet experientia meretrices vulgo steriles ē praeterea nocet educāoni

polis à si eadem uxor se viris pluribus conjungat incertum erit cujus nam viri sit soboles nec proinde maritus unus potius quam alter movebitur ad exercenda orga polem ab uxore communi emissam paterna officia unde etiam colligitur poligamiam ex parte maritorum plures conjuges ducentium illicitam ēe à quoniam ex dictis vetitum et malum unam uxorem pluribus viris conjungi sequitur uxorem teneri ad tradendum se penitus totam viro suo si aequitatis leges exigunt ut vi totum se tradat ac derivat uxori se totam tradenti ut observat Summus pontifex Nicolaus 3us ac proinde &c. 3o. summa debet ēe conjugum concordia amor que mutuus qui amor facile distraheretur et dissolveretur si aut vir unus plures habeat uxores aut uxor una plures viros inde enim jurgia et querimonia dissensiones que frequentius exorgerent ex communione uxorum inter cives sequeretur ut nemo propriam cognationem agnosceret nemo parentem posset nemo fratres et vel sorores secernere

Item ad consequendos fines conjugii oportet ut divorcia et repudiationes arceantur à dissolutio conjugii praesertim consummati ē 1o. violatio fidei mutuae quam sibi spoponderunt - 2o. liberorum educationi adversatur quisnam enim rupto matrimonii vinculo curam gerat sobolis à pater solus ad so an sola mater sed illius educationi uter que invigilare debet imo nequidem sterilitatis causa vel adulterii permittit natura conjugium dissolvit ō quidem causa sterilitatis quia dubium est unde nam proficiscetur an ex parte viri an ex parte mulieris adeo que incertum videtur repudiationis opprobrio sit dignior et ad alias nuptias eventu feliciori transvolaturus. Non etiam causa adulterii tunc est saepius in fractum legis et ad matrimonii dissolutionem peccatum conjugis sic que divortio quae ex omnium consensu onscexiva ut reipsa frequentiora redderentur absolutus itaque non conditionatus tam initur contractus ab iis qui matrimonio jungunter nec ejus ratione habita suspensa est ex hipotesi foecunditatis cum illius fidei

alterius conjuges alternam semper esse licitam ut patet ex scriptis antiqua
rum patriarcharum plures uxores habere et beneplacito poligamiam exercere
et judicibus dare libellum repudii id nempe peculiaribus exigentibus necessitatibus
necessitatibus neque dicat quisquam illicitum esse ō potuisse quoniam legi
naturali repugnare utrumque diximus quippe lex naturalis immutabilis e
ā salva immutabilitate legis naturalis constat esse ad varias circumstantias
quantum ad 2aria ppria relativa quam obrem poligamia licet communiter
et in circumstantiis quibusdam naturae adversentur potuerunt tamen
ipsa sivente natura deo que dispensante in quibusdam circumstantiis
permitti ō hic ~~[illegible]~~ eliceremus quis sit amor honos que mutuus
quem sibi debent conjuges qualia sint utriusque munera quaenam
partes in sustinendis matrimonii oneribus dixisse sufficiat eos per matri-
monium intensius obligari ~~ate~~ ad quaevis humanitatis officia et munia
obeunda, quae huic ce statui congruunt
Secunda hominum domestica societas ē paterna parentes et liberos respici-
ens ō enim satis ē liberos a parentibus fuisse procreatos sed ab his etiam
accipere debent quae vitam consequuntur scilicet victum et educationem
et vicissim liberi honorem debent parentibus amorem auxilium
Sensuerunt olim etiam inter phylosophos ō nulli licere parentibus foetus
distortos ac mutilos e medio tollere ut pote parentibus et reipublicae oneri
futuros nec ideirco admissum iri homicidium quia foetus mundum ē homo
ubi primum in lucem prodit verum ab ista immani opinione naturalis abhor-
ret sensus homines quippe etiam si mundum sint adulti ō ideirco minus ho-
mines sunt et eodem semper verendo crete sanguine quare flagitium et scelus
ēt eos corde infundere trucidare deinde cum Deus qui quidem solus absolute
hominum dominus ē his vitam concesserit providentiae ipsius et ordinationi
reluctari ō licet praeter quam qd inter eos qui de fornicatione sunt corpore

ō raro inveniuntur qui summa vi mentis polleant et reipublicae fiant ornamento.

Itaque nec ipsis parentibus jus competit in liberorum qualiumcumque vitam quanquam cum feroriores adhuc ēnt hominum mores legibus civilibus attributa fuerit in liberos vitae et necis potestas autoritati paternae sane tantum abē ut parentibus liceat proprio motu vitam natis erigere ut eam potius omni ope tueri debeant hinc matres sin minus infantes proprio lacte nutriant alienis uberibus curare debent imo optandum foret ut erga liberos hoc officio matres ipsae defungerentur ā quemadmodum videas arborem laetam et virentem in locum alium transpositam novae telluris degeneris succo marcescere ita corpus infantium alieno lacte depastum in morbos graviores et periculosos ō nunquam incidit. votum natura videtur ipsa declarare suum quae tantam lactis copiam matribus ō subministrat nisi ut infantes suis manibus admoveant.

Praecipue parentes bonam liberis institutionem educationemque debent sine quas pessimam vitam ēnt acturi et ipsi parentibus indecoram. curent igitur parentes ut vel per se vel per alios doctrina sufficienti probisque moribus liberi formentur ~~[illegible]~~ que abducant tum alpi ignobili otio tum aquibus cum-que libidinis et improbitatis occasionibus cum talia parentibus erga liberos incumbant officia quae quidem exerceri nequeunt nisi jure quodam et imperio illiberos polleant sequitur ex ipsa institutione naturae derivari patriam potestatem qua ō solum jussa dare liberis parentes possunt sed etiam poenas in obedientibus infligere ḡo liberi subjiciuntur parentum mandatis et his tenentur obtemperare quoties extra debitos limites ō recurrunt at cum patria potestas parentibus competat ex obligatione educandi liberos consequens ē ut finito educationis requisito tempore potestas patria tollatur et liberi fiant sui juris ō ideo tamen

cum obediendi necessitate simul desinunt liberorum erga parentes officia relata
ā quoniam ex beneficio vitae et educationis acceptae a parentibus habent liberi quid
quid bonorum possint erga parentes animum gerant oportet ipsis quantum possunt
beneficiant et eos singulari honore prosequantur cessare igitur pt obedientia sed
ō reverentia filialis cum reverentia filialis existere nequeat in ea familiaritatis
vicissitudine quae inter conjuges intercedit matrimonium quoque inter liberos
et parentes illicitum ē naturaliter imo etiam inter illos qui natura veluti
designante pereuntibus parentibus quorum locum et vices erga liberos obire possunt.
hinc inter nepotem et materteram avunculum et nepotem generalius loquendo
illicitum ē conjugium

Tertia Societas domestica ē heribus quae duobus ut patet continetur scilicet
imperio domini et obsequio servi

Servitus duplex distinguitur voluntaria et coacta. voluntaria qua quis semet ipsum
voluntate commodat alteri in ejus famulatum. atque haec servitutis species natu-
ralis ē etenim communis vitae inter cultus stare ō pt sine ordine cui dispositio ē
parium et disparium. hinc eos qui natura sunt inferiores id ē quibus ē imbecillius
et infirmius ingenium superioribus et excellentioribus viris a quibus dirigi debent
parere ē aequissimum praeterea ō nunquam accidit ut vel alimenta vel alias res
vitae necessarias sibi quidam homines procurare ō valeant nisi operam suam
aliis locando ut vicissim ab his alantur et mercedem accipiant item debitum medius
quibus creditori debitum solvat nulla pt alia via damnum qd poteretur creditor
resarcire quam operam suam rebus debitis substituendo nihil igitur nisi naturae et
rationi apparet in servitute seu famulatu servitus coacta ē ea qua quis praeter
voluntatem suam alterius dominio subjicitur et ad nutum servit etiam in perpetuum
alteri haec servitutis species minime ē naturalis ō enim despotico cujusquam praeter
deum imperio homines a natura subjacent sed liberi nascuntur et sui juris inde ē
qd vix assignari possit origo et juxta causa servitutis hujus modi istam

difficultatem dilui sed putant respondendo ex vindictione propria quorundam hominum fieri ut ipsi ad alios fines tanquam bonum eruditarium pertineant sed ut notavit auctor clarissimus ō quid licitum ē ita suam vendere libertatem ō ne cujusque libertas pars ē libertatis publicae quae in possessionem aliquam domesticam venire posse ō videtur. probabilius ē ex jure et multo frequentius injuria bellorum contigisse ut quidam homines cum rebus suis omnibus filiis que natis vel nasciturus in aliorum ditionem inciderent indeconcessa ē apud populos vitae et necis potestas et licentia malis quibus libet eos affligendi quia scilicet ex belli juribus omnia sibi in hostes suos permissa ēe existimabant sed quisquis intelligit licentiam et consuetudinem hujusmodi adversam ēe humanitati

Porro servus quamdiu alterius famulatui mancipatur praestare domino debet operam vel pacto determinatam si servitus voluntaria sit vel domini arbitrio rescriptam si servitus coacta sit. Dominus servo victum et pactam mercedem tenetur retribuere et illa suppeditare quae necessaria sunt ad corpus tuendum et conservandum nec operam exigere pt ultra qd servitus permittit imprimis autem oportet ut servorum moribus herus invigilet juxta praeceptum apostoli epistola ad Timoteum si quis autem suorum inquit domesticorum curam ō habet fidem negavit et haec ē infideli deterior.

Quarta societas domestica ē familiaris cognatorum scilicet et amicorum. cognati praesertim fratres et sorores ad singularem dilectionem obligantur tum ob studium communibus placendi parentibus a natura praescriptum tum ad fugam discursionum domesticarum quibus nullae acerbiores ēe solent et permissiores tum denique ad mutuam adversus exteros defensionem et tutelam neque cognatorum debet duntaxat communem ēe sed etiam bona aliquatenus communia deo enim et hominibus exosus quisquis viderit fratrem suum necessitatem habere et clauserit viscera sua ab eo

aliquorum Societas mutua quadam benevolentia continetur 2a autem benevolentia quae vera ac solidae amicitiae vinculum ē fundari debet ō in bono duntaxat utili sed in bono honesto ā qui solum utilitatem suamve voluptatem solam in amicitia considerant si vere aliorum amici sed suis tantum student commodis primum igitur in amicitia locum sibi vindicet honestas et virtus eorum quos diligimus sic amicitia ad excellens et stabile ppium revocabitur. neque tantum cum laeti fuerimus numerabimus amicos in adversis quippe rebus servet amicitia virtute nixa nedum evanescat hanc in rem legi pt Tullius et exquisitum opus domini De Saci cui titulus Traité de l'amitié.

Paragraphus 2us
De Societate Civili

Lautenus probavimus generatim ad ineundam societatem natos ēe homines nunc autem opus ē ut expressius et speciatim demonstremus illos teneri ad societatem civilem ineundam quaquidem re comprobata disseremus de variis civilium imperiorum formis eorumque conditiones et jura summatim evolvemus

Societas civilis definiri pt hominum multitudo sub eodem publico regimine consociatorum securitatis felicitatis que comparandae gratiā ipsi opponitur anarchia id ē regiminis omnis aut ordinis defectus

Prōo ~~Assertio~~ Prima

Tenentur homines deo et rāone praecipiente in civiles ~~coire~~ conspicere societates

Prob. deo et rāone quo tenentur homines suae securitatis tranquillitati et felicitati prospicere atq. his aliter prospicere nequeunt quam in civiles conspicere societates ā manifestum ē singulos homines sibi ō suffecere in his quae ad vitae necessitatem felicitatemque faciunt nec ut jure suo frui tranquille

possent seque ad sua ab aliorum vi defendere.

Et verò conjunctarum sub publico regimine virium ope, nullus ē quin munitior ō evadat et per vim atque animadversionem ō roboretur. infantes qui viduae et infirmiores quilibet privati certissimo fulciuntur praesidio quo quidem destituerentur civili sublata societate.

Praeterea cum civilis societas nihil aliud sit quam multitudo hominum sub regimine quodam publico congregatorum civili sublata societate nullum daretur ut ejusmodi regimen publicum sed suo quisque voto et arbitrio viveret et sua sibi cujusque voluntas lex eēt atq. evidens ē ex lege illa hominum conditionem libertatem que nullis refraenatam publicis legibus humani generis conjunctioni adversam ēe q̄o deus et rāo quantum praecipiunt ut humani generis incolumitati et saluti studeamus. tantum etiam jubent et praecipiunt ut civiles in societates coeamus

Humani generis a publico civilium societatum regimine soluti statum graphicè depingit Bosuetius in tertia admonitione ad protestantes hominum que in eo statu miseram sortem vi magna eloquii ediscere

» à regarder les hommes avant tout gouvernement établi on ne trouve dans
» tous les hommes qu'une liberté farouche et sauvage ou chacun peut tout
» pretendre et tout contester, ou tous sont en garde et par conséquent en guerre
» continuel contre tous ou la raison ne peut rien parceque chacun appelle
» raison sa passion qui le transporte ou le droit meme de la nature demeure sans
» force puisque la raison n'en a pas, ou par conséquent il n'y a ni proprieté ni
» domaine ni bien ni repos assuré, ni à ~~vrai~~ prest dire aucun droit si ce n'est
» celui du plus fort encore ne sait-t-on jamais quil y ait puisque chacun
» tour à tour peut le devenir selon que les passions feront conjurer ensemble
» plus ou moins de gens. »

Corollarium Primum

Ergò tenetur unus quisque alicui gubernaeni et imperio civili se se submittere

Prob. stare nequit Societas civilis absque civili gubernaone qua determinentur ac dirigentur populorum actiones ad commune bonum gō quoniam tenentur homines civiles inire societates ō pūnt etiam qui gubernaoni alicui civili se subjiciant

Corollarium Secundum

Ergò considerando genus humanum ante civilium societatum constitutionem nundum potestas aliqua et autoritas apud hominum multitudinem vigebat sed tantum aderat jus eligendi quam vellent civilis societatis formam in qua autoritas publica divino et naturali jure fundata modo congruenti exerceretur

Prob. ō pt colligi necessitas submittendi se legibus publicis nisi ex obligaone civilis societatis ineundae. proinde prius quam instituta intelligatur civilis societas nundum intelligitur vigere autoritatem publicam q cui homines singuli se se subjicere teneantur adeoque &c.

Unde apparet quam falso et absurdè autores quidam pronuncieverint autoritatem publicam multitudinis hominum in primâ origine fuisse propriam et ab illa hominum multitudine commodatam ac delatam ee his qui clavum imperii moderantur.

» Simaginer, inquit Bosuetius, dans le peuple considere avant tout gouverne-
» nement une souveraineté qui est deja une espece de gouvernement c'est se
» contredire soi meme car ou tout est independant il n'y a point de souverain »

Multo seme verius apostolo consentientes jam supra diximus praedicem omnem originem que primariam potestatis penes divinam voluntatem consistere

ita ut quidquid apud homines autoritatis potestatis que viget ab ipso deo mutuatum sit qui propter hominum indigentiam communemque Societatis indigentiam cum utilitatem que suae supremae potestatis partem aliquam rerum publicarum rectoribus communicavit

Corollarium Tertium

Ergò selecta semel et instituta quadam Societatis civilis forma liberum populis ō ē formam societatis mutare nisi forte recedens forma Societatis ea fuerit in qua penes populum stet imperium.

Prob. ea tenus populis liceret formam Societatis civilis jam constitutam et vigentem mutare quatenus civilis potestas in ea Societate existens pertineret primario ad populum et commodata duntaxat fuisset a populo Societatis rectoribus atq. id falsum ēē constat ex corollario praecedenti gō &c.

Ad si genti toti ō liceat formam civilis imperii jam vigentem et constitutam mutare multò minus hoc licitum ē privatis ipsis quo circa quicumque vel in republica vel in regno formam imperii moliuntur invertere per duelles sunt mox uberius et eadem prōo stabilietur agendo de regia autoritate

Scolium

Res distingui pūnt regendae Societatis civilis formae simpliciores ad quas anne imperium pt revocari 1°. enim si summa potestas in unum collata sit time regimen monatium ē et qui prae ē regis nomine vel aequivalenti donatur 2°. si a paucis administretur societas his que onoratioribus et nobilioribus dicitur aristocracia 3°. si a concilio quadam in quo quilibet e populo jus habeat suffragii gubernetur respublica democracia vocatur

seu Status Popularis

Claret ex corollario ultimo morem ēē gerendum autoritati quae dominatur in illa quam quisque incolit regione et nobis porro venia dabitur si ō attingamus sigillatim officia ad quae tenentur homines prout in variis hujus antillius formae imperiis sive casu sive concilio aut nativitate constituti fuerint. Duo tantum hic breviter expendemus. 1º quaenam e tribus memoratis imperii formis sit praestantior 2º naturam et jura praecipua imperii monarchicis. quoniam imperio ejusmodi subjacemus.

Inter varias regiminum formas praecellere monarchiam agnovit Plato cujus haec verba sunt in politico ultra medium, unius dominão bonis instructa legibus omnium optima ē multorum administrão omnibus in rebus debilis et infirma.

Aristoteles libro octavo de Etica capite decimo postquam enumeravit tres formas imperii de quibus diximus optima inquit ē regnum pessima respublica.

Plutarchus in opusculo de monarchia asserit ō aliud eligendum ēē quam unius potestatem si optio eligendi concessa fuerit Theodotus libro tertio ex historicis qui cui talia inscribitur refert persas re diuturnis disputaonibus excussa aristocraciae et democraciae monarchiam reposuisse unde intelligitur quaenam fuerit veterum sententia de monarchiae supra caeteras imperii formas excellentia ac requidem ipsa ubi unicus ē rerum moderator pax et conjunctio facilius obtinet intercives firmior et felicior existit res publica. 1º facilius obtinet pax et conjunctio intercives ut pote in officio contemptos a communi rectore cui cum una sit voluntas ō multiplex ut accidit quando plures rerum administraōni praeficiuntur

aequali recto que tenore aguntur omnia. 2° firmior et felicior existit respublica ā uli rector unus ē, omnes in unum conspirant studia et vires vulgi in unum colliguntur tantus ō ē ambitiosorum factionibus aut dissidiis locus.

Praeterea felicior et firmior ē ea respublica cujus felicitati promovendae magis allaborantur. atq. promovendae &c. magis allaboratur ab unico moderatore quam a pluribus. quippe rector unus rempublicam tanquam suam rectores autem multi tanquam communem. atq. ut ē consuetudo hominum magis sedulo curatur et fovetur quodcumque spectatur ut suum gō &c

Denique ut in familiis et domibus privatorum ordine reguntur omnia cum praē aliquis pater familias cui pareatur ita in regnis ipsis expedit unicum ēe moderatorem cui cives singuli subjiciantur gō praestat monarchia caeteris societatum civilium formis.

Jam verò melius et satius ē monarchiam eandem successivè a principibus natis administrari quam ab electis a viris principibus quam a foeminis. 1° enim rex natus majori reverentia a populis excipitur quam electus et quidem ille avorum suorum laude ō parvi censetur 2° electio turbarum causa ē. 3° princeps electus minus movetur ad curandam rempublicam quam princeps natus imperium suis posteris tanquam hereditatem transmissurus. quare etiam si ipsi in regnis hereditariis aliqua adsint incommoda et maxime infantia principum nihilominus feliciora videntur regna in quibus nascuntur ō eliguntur principes praesertim si ab hereditario regni jure foeminae excludantur ā generalius loquendo tanta ō viget in mulieribus vis ingenii et animi fortitudo quanta in viris. deinde uli foeminae haeredes sunt regni ad peregrinos principes quibus nubunt imperium transferunt. quorum mores religio et victus populis saepe

numero disconveniunt

Praecipua regalis Monarchiae dignitatis conditio et proprietas ē ut reges nulli nisi soli deo subjiciantur et nunquam jure possit autoritas regibus eripi et solvi illud fidelitatis sacramentum ac vinculum quo subditi erga reges obstringuntur cum que ea res ō levis sit momenti et a temerariis quibusdam scriptoribus in controversiam vocata fuerit sic

Prōo 2a

Invicta ē regum autoritas neque unquam adversus principem rebellare licet

Prob. ideo invicta ō eēt autoritas principum quia principibus tantum recte imperantibus obedire tenerentur subditi male autem imperantibus resistere possent eos que coercere vel deponere atq. omnino falsum ēa lege dominari principes ut his tantum recte imperantibus &c. male autem imperantibus &c. ā si ita res se haberet populus eēt judex legum principis eos ad tribunal suum deducere jus populi foret propria que voluntate et concilio suo easdem veritate posset atq. in monarchiis nequaquam judex ē populus legum principis ipsus ad tribunal &c hoc enim posito monarchia ō discreparet a democratia sed proprie suffragio populi gubernaretur societas et omnes proinde monarchiae commoda pessumdarentur

Et vero ut optime animadvertit Bossuetius in opere cui titulus Politique tirée de l'écriture Ste. rex cujus leges a judicio et consensu populi simul cum ipsa legis dignitate penderent vix utilem posset reipublicae operam lavare ā cum indigeret benevolentia populi cogeretur saepius invitus tolerare quae severius eēnt puniendae his populum saepe ō auderet subsidiis onerare quae ad verum societatis commodum eēnt necessaria &c.

Constat potissimum hac assertio ex innumeris scripturae testimoniis V. G.

ex eo populo loco uti populo israelitico regem petenti consulto domino annuens regum jura exponit. notum ē etiam praeceptum apostolicum. obedite praepositis vestris etiam discolis et aliud qui resistit potestati dei ordinaōni resistit haec etiam veritas confirmatur aetatis prioris christianorum exemplo. qui omnia submisso animo mala patiebantur cum tamen adversus principes potuissent rebellare ut ait Tertullianus in apologetico imo debuissent si hoc illicitum vetitumque ō judicassent.

Obj. 1°. exempla quaedam ex Scripturis desumpta.

Machabei excusserunt jugum regum Syriae quorum ditioni subjiciebantur David quadraginta circiter homines armis instruxit ut saulli regi suo resisteret. porro nec Machabeorum nec Davidis agendi norma in scripturis reprehenditur sed potius laudatur gō &c ita disputat Turius ut Calvinianorum rebellionem a crimine excuset.

Resp. ad exemplum machabeorum 1°. ipsos ō extitisse subditos regum syriae quando quidem in captivitatem abducti ō fuerunt nisi propter exitum belli qd judaico populo syriae reges intentaverunt

2°. Deus ipse liberatorem judaeis prophetarum ministerio promiserat, et Matathiam speciali inspiraōne ad vim Jovium reprimendam moverat sed Deus pt eximere quemcumque voluerit ab imperio alterius cum sit rex regum et dominus dominantium gō &c.

Idem respondendum eet ad objectionem quae proponitur a fuga populi Israelitarum ab aegypto quia tunc temporis Hebrei idcirco priori sese gubernaōni subtraxerunt quia Deus cujus ~~ot~~ in reges ipsos ē imperium israelem ex aegypto se cecedere voluit et velle se manifestavit

Ad exemplum davidis Resp. 1°. davidem quo eum tempore Saul persequebatur ipsum fuisse regem adversus quem pugnabat et reluctabatur Saul

2°. ō ut Sauli resisteret stipari se David quadam hominum manu voluit sed ut semet ipsum tueretur ab inimicis Saulis in quosquidem legitimam et declaratam divinitus habebat potestatem.

Obj. 2°. frequentius ē ut a regibus iniqua potestas exerceatur atq. neque rāo nec deus jubent ut iniquae potestati pareamus gō &c.

1°. N. Maj. quae captionis plena ē nunquam potestas nisi a Deo ut jam multoties docuimus sed dari pt usus iniquus potestatis et tunc etiam potestatem suam principi iniquo quanquam modo exercenti parere oportet dummodo tamen obedientia ō adversetur evidenter legi divinae vel naturali qd si alterutri legi actiones manifeste contrarias juberent principes ō ēent quidem eorum leges executioni demandandae sed ō idcircò forent contra principes rebellandum, bene vero tolerandum fortiter et aequa mente qd cumque ab his malum impenderet.

2°. Transeat Major propositio

Dist Mi. nec rāo nec jubet ut iniquae potestati pareamus propter iniquitatem potestatis C. Mi. propter reverentiam potestatis et majora incommoda ex rebellione adversus potestatem in assentia N. Mi. itaque quando iniquè potestas exercetur ō ipsa quidem potestatis iniquitas meretur ut ipsi obsequium adhibeamus sed ipsa rāo potestatis simpliciter sumptae quae semper verenda ē etiam in his qui potestate abutuntur praeter quam qd longe majora sequerentur incommoda ex rebellione adversus principes tyrannidem exercentes quam consequuntur ex immodico eorumdem imperio. inde enim locus daretur dissidiis bellis que civilibus qua calamitate nulla ē exitiosior imo etiam locus fieret saepissimè populorum licentiae et causis iniquis adversus principem si quidem frequentius uti vellem eo jure qd sibi vindicarent resistendi principibus

immodicum imperium exercentibus quam in re judicanda magis furore ducerentur populi quam concilio et veritate.

Ius. Si nunquam liceret adversus principes rebellare, populus fidem despondens principi se met ipsum ejus imperio sine ulla restrictione et conditione subjiceret atq. falsum ē populos sine ulla restrictione et conditione dominationi principum se submisisse quippe fidem principibus spondentis populi quemdam sensendi sunt cum principibus contractum et foedus inivisse in omni autem contractu et pacto mutuae sunt ac reciprocae obligationes quas quidem si pars una V.G. princeps posthabuerit, confestim pars altera scilicet populus ab obligationibus et data fide liberatur novum que sibi pt eligere et constituere formam imperii vel novum creare principem.

N. Mi. primi syllogismi. etenim necesse ē ut fidem despondens principi populus eam sine restrictione ac promittat. alioquin prout in probatione dictum ē populus judex et arbiter evaderet legum principiis et quoties cumque lex a principe lata ipsi displiceret ~~conquiritur~~ conquireretur violatas ēe a principe fidei mutuo datae conditiones sic que pro mutuo populus validas aut invalidas redderet etiam sapientissimas principum leges, satius ē profecto ut populus periculum subeat mala quaedam tolerandi a principe quae sufferre teneatur quam ut servata et propria quadam potestate gaudeat si qui proprio furori ac licentiae suae exponatur.

Ad probationem Dist. quemdam populi censendi sunt inivisse contractum sed divina voluntate et essentia monarchici regiminis definitum C. arbitrariis et mutuis principum a populi conventionibus determinatum N.

itaque esto censeri debeant populi et principes mutuum inivisse contractum quod ~~tamen~~ tamen negari posse negat ullo exemplo Bosnetius in

admonitione ad potestantes saltem contractus obligationes reciproquas ō principes ō populi determinavere manent illae determinatae ac constitutae tum voluntate divina quae concipienda ē principes praeficere populis si quidem ut ait Scriptura per deum reges regnant et legum conditores justa decernunt tum natura et essentia regiminis monarchici proinde obligationes illae ō sunt libero permissae populorum et principum arbitrio neque si sint princeps ō satisfecerit obligationibus idcirco fient a propriis obligationibus populi nisi deus et natura sinant ut a fide data et obligationibus suis populi eximantur sed tantum abē ut divina voluntate vel monarchici regiminis natura fiat populis ea copia et libertas ut contra ipsitum dei voluntas obstet tum essentia monarchici regimis ut ex dictis intelligitur gō &c.

Talis gō regibus potestas competit ut nunquam sit violabilis nec ulli praeter quam soli deo subjiciatur a quo solo corripi pt unde David psalmo quinquagesimo sic deum alloquitur. tibi soli peccavi reipsa quidem inter tot et tam multiplices curas quae regale solium circumstant necesse ē ut princeps sublevetur adjumenta conciliorum quibus cum agat de negotiis ad publicam administrationem spectantibus et ge ministrorum quibus autoritatis suae partem aliquam commodet; in his rebus quas unius hominis diligentia ō posset ut par ē moderari; sed nemo sibi debet in regali imperio autoritatem vindicare a regio dominatu independentem. hinc regum nomine feruntur universae leges quibus jura definiuntur aut dividuntur inter subditos his decernentibus subsidia et vectigalia colliguntur his indicentibus bella suscipiuntur uno verbo quid quid ad societatem tuendam aut ipsa privatorum jura stabilienda respicit nomine et autoritate principum praescribitur atque executioni demandatur

Obj. 3°. illi jus habent deponendi principes a quibus hic autoritatem suam partim mutuantur. atq. reges partim a populis et partim a deo mutuantur autoritatem saltem si regnorum origo consideretur.

Dist. Maj. a quibus reges partim autoritatem suam mutuantur tanquam a causa proprie dicta et autoritatem conferente C. Maj. tanquam a causa occasionali designante subjectum cui autoritas communicetur et conditione requisita ut tali subjecto autoritas communicetur a Deo N. Maj. similiter N. Con.

~~N. Con.~~ Ins. populi jus habent in origine eligendi principes atq. reges et principes mutuantur autoritatem suam tanquam a causâ proprie dicta et autoritatem communicante ab his qui jus habent ipsos eligendi.

N. Mi. patronus enim laicus habet jus eligendi et designandi subjectum ad possidendum beneficium. atq. patronus laicus ō idcirco confert autoritatem in illud beneficium ḡo a pari populi p̄unt habere jus designandi et eligendi reges quin ipsis regiam autoritatem conferant.

Sectio 3ª

De officiis hominum in ordine ad deum

Collectio officiorum quibus homo sive erga deum sive erga seipsum et alios homines astringitur voratur religio a quibusdam religio definitur praecise cultus a creatura rāonali deo rependendus.

Religio duplex ē alia naturalis alia supernaturalis et revelata.

Religio naturalis ē cognitio dogmatum et officiorum praxis quae solo lumine naturali nobis innotescere p̄unt independenter a Dei revelatione seu cultus dei in rerum natura fundatus et cognitus solo lumine naturali

Religio Supernaturalis ē cognitio dogmatum et officiorum praxis quorum plura ō nisi per revelationem nobis ignoterent.

1º Dicemus de religione naturali 2º de religione Supernaturali et revelata

Quaestio Prima

De Religione Naturali

ut in praesenti argumento omnium gravissimo delucide et cum ordine procedere possimus inquiremus an et quomodo dubitare liceat in religionis negotio cujus opus sit relligio quibus contineatur ppriis et officiis unde nam necessitatem habeat et utrum sufficiat religio naturalis itaque agemus 1º ~~in~~ de dubio in religione 2º de opinione Atheorum et Politicorum circa religionem 3º de natura religionis 4º de ipsius existentia et necessitate 5º de ipsius proprietatibus

Caput primum

De Dubio in Negotio Religionis

Dubium ē suspensio animi inter duo contradictoria fluctuantis neutram partem affirmantis neutram certo negantis

Dubium vel involuntarium vel voluntarium prius ē illud in quo aliquis versatur et ex quo emergere satagit alterum ē illud in quo quis sciens et volens versatur et cujus depellendi nulla inquirit media

Dubium in religionis negotio pt versari vel circa religionem in genere vel circa religionem in specie prius ē illud quo homo suspensus haeret religionem inter et irreligionem alterum ē illud quo homo admissa religionis necessitate in genere fluctuat inter varias religionum species scilicet deismum politeismum mahumetismum et christianismum.

Prōo 1a

Nemo securus versari pt in dubio circa religionem voluntario

Prob. in illo dubio ō pt ille securus versari qui dictante natura et suadente ratione

tenetur ex eo quam primum egredi. atq. dictante natura et suadente Rāone quisque tenetur quam primum egredi ex dubio circa religionem voluntario ā homo dictante natura jubente rāone in id incumbere debet ut se ipsum sui ppium et finem nescere satagat Deum si quis sit sedulus inquirat sua in illum officia quid ab illo sperandum vel timendum sit an et quae futura sit animae conditio diligenter exploret ac certo cognoscat.

Et vero e Nemo versari securus pt in eo dubio unde nihil utilitatis percipitur et in quo periculi plurimum inē atq. ex dubio circa religionem nihil utilitatis percipitur et in ipso plurimum periculi inē.

Primò ex praedicto dubio nihil utilitatis percipitur neque in praesenti vita neque in futura ō quidem in futura ut fatetur vir dubitans ō etiam in praesenti vita omnis enim utilitas quam ex religionis incuria et neglectu referre posset vir dubitans foret pax et tranquillitas animae quae per religionis studium turbaretur atq. cum dubio circa religionem voluntario nullatenus stare pt praesentis vitae pax et tranquillitas. pax enim et tranquillitas vera debet fundari in circumstantiarum conditione in quibus nihil anxium servitur sed omnia deprehenduntur tuta atq. hujus modi quies et securitas animae stare ō pt cum dubio circa religionem voluntario ā in ejus modi statu dubii homo vexat quid sit unde sic quid in posterum futurus sit quid supra se quid infra se positum sit atq. status hujus modi plenus ē obscuritatis et tenebrarum et si quam habet tranquillitatem ō aliam habet quam cupiditatum tumultu ō ~~justa~~ justa rerum aestimāone partam go ex religionis neglectu nulla referri pt utilitas in vita

2º. in eodem dubio ā periculum illud versatur et semper et continuo circa rem infiniti momenti unde futurus exitus omnis que ut ita dicam homo pendet atq. plena ē periculi dubitāo quae circa rem tanti momenti versatur vir enim de talibus dubitans similis ē ebrio qui vino obrutus et somno sepultus in praecipicii margine securus obdormisceret. similis ē

quoque viatori qui sine formidine et sollicitudine iter noctu conficeret per loca praedonibus et cicariis fortasse infesta in quibus de vita periclitaretur quo plurimum inde periculi in dubio voluntario circa religionem

Obj. ut quis possit e suo emergere dubio circa religionem requiritur ut possit cognoscere ō solum utrum sit admittenda religio sed inter omnes quaenam sit vera nullatenus inservire pt cognitio religionis in genere, si religio vera ō cognoscatur. atq. hoc posterius ō pt ab homine cognosci.

Resp. 1º Dist. Maj. ut quis possit e suo emergere dubio circa religionem in specie requiritur ut possit inter omnes cognoscere quaenam sit vera C. Maj. ut quis possit e suo emergere dubio circa religionem in genere, requiritur ut possit cognoscere quaenam sit vera N. Maj. porro agitur hic de dubio ō circa religionem in specie sed circa religionem in genere cui depellendo allaborare debet omnis homo atq etiam si homo per impossibile ō posset cognoscere quaenam inter religiones in particulari sit vera ea tamen ignorantia ō magis eum dispensaret ab observatione legis naturalis in genere cujus cognoscit necessitatem et existentiam quam ignorantia legum particularium ab observatione praeceptorum generalium quae sana ratio dictat.

Resp. 2º N. Mi. ā quemadmodum in rebus ad hanc vitam temporalem necessariis ō deest divina providentia ita in his quae ad salutem necessaria sunt ō deficit praesertim quando homo quantum in se ē allaborat ut ad veritatis cognitionem possit devenire

Prōo 2ª

Stante dubio circa religionem tenetur homo in praxi partem religionis amplecti

Prob. ille tenetur partem religionis amplecti qui nec pt remanere indifferens religionem inter et irreligionem nec pt partem irreligionis prudenter amplecti atq.

1º homo ō pt remanere indifferens religionem inter et irreligionem ā ille

ō pt remanere indifferens qui eo ipso partem irreligionis amplectitur quo ō sequitur partem religionis atq. homo eo ipso partem irreligionis amplectitur quo ō sequitur partem religionis irreligio enim ē ō exequi illud in quo ipsa religio consistit atq. qui ō amplectitur partem religionis his ō exequitur illud in quo religio consistit religio ō consistit in meris speculationibus sed necessario dicit ordinem ad praxim gō necessaria ē electio inter partem religionis et irreligionis gō status indifferentiae ē impossibilis.

2°. ō pt partem irreligionis amplecti stante dubio circa religionem involuntario ā quando absolute necessaria ē electio et impossibilis indifferentia homo in statu dubii constitutus debet amplecti eam partem quae sola ē tuta ac secura posthabita altera periculi plena ~~sic quae~~ quippe sic se gerere solent homines quando agitur de bonis temporalibus gō multò magis. idem praestandum ō cum agitur de aeternitate mercedis et poenarum atq. in hipotesi in qua Atheus dubitat 1°. necessaria ē ipsi electio et impossibilis indifferentia ut probavimus. 2°. sola pars religionis tuta ē ac secura in comparatione irreligionis sententia enim in qua nullum occurrit damnum metuendum bonum ve merendum vel sperandum tuta et secura ē in comparatione illius in qua nihil aut fere nihil boni sperandum ē damnum vero infinitum metuendum ō atq. homini religionem amplectenti nullum occurrit damnum metuendum bonum vero infinitum sperandum ē atheo vero nihil commodi sperandum ē imo metuendum ē damnum infinitum gō homo ō pt prudente irreligionis partem amplectenti stante dubio circa religionem involuntario.

Rj. 1°. vir prudens in rebus ad religionem pertinentibus ō debet determinari ad partem quam judicat tutam sed ad eam quam veram judicat

atq. atheus stante dubium circa religionem partem religionis ō judicat veram.

Dist. Maj. Si ex duabus partibus alterutram judicet veram C. Maj. Si neutram judicet veram N. Maj. equidem recte agit qui ex duabus sententiis eam sequitur quam prudenter judicat veram relicta opposita et tutiori at vero si ō innotescat qua ex parte stet veritas ut in praesenti hipotesi tunc eam debet prudenter sequi sententiam quam judicat tutiorem

Porro stante dubio circa religionem ō novit atheus qua parte stet veritas alias ō dubitaret. quoniam igitur impossibilis ē indifferentia, eam debet amplecti sententiam quae sola tuta ē ac securitatis plena

Ins. in praedicta hipotesi Atheus remanere debet indifferens et nullam partem seligere gō &c.

N. Ante Atheus enim ō pt remanere indifferens ō eligendo religionem eligit saltem in praxi irreligionem ipsa enim suspensio voluntaria religionem inter et irreligionem ē species electionis pro parte irreligionis eodemquippe modo se habet vir ille circa religionem indifferens quo homo alimentis ante se positis metu veneni abstineret atq. quandiu homo ille metu veneni cibis abstineret dici posset determinatus ad ō utendum cibis gō in praxi ō remaneret indifferens

Obj. 2º Prudentis ō ē certum incerto anteponere atq. Athei certum incerto anteponunt.

Dist. Maj. Si paria sint commoda ex parte religionis et irreligionis C. Maj. Secus. N. Maj.

Ins. Si paria ō ēent commoda ex utraque parte maxime quia bonum qd possidetur ex parte irreligionis finitum ē bonum vero qd speratur ex parte

religionis infinitum ē atq. hæc rāo nulla ē ā bonum cujus incertitudo tanta ē quanta ē ipsius excellentia ō impedit quominus paria sint utrinque commoda atq. incertitudo boni qd speratur tanta ē quanta ē ipsius excellentia præfinito

N. Mi. ā excellentia boni qd speratur in religione infinita ē ipsius vero incertitudo ō ē infinita quippe si infinita eet pars religionis majorem haberet incertitudinem quam pars irreligionis atq. hoc falsum ē in præsenti hipotesi: loquimur enim in hipotesi hominis dubitantis religionem inter et irreligionem atq. status ille dubii supponit neutram partem ēe certiorem altera in

Ins. Satius ē quærere bonum minus cujus existentia ē certa quam bonum majus cujus existentia ē incerta gō prudentis ō ē periclitari de bonis hujus vitæ spe bonorum alterius vitæ

Resp. 1º N. Ante. quotidiana constat experientia homines periclitari de bono minori imo aliquando æquali sæpe etiam majori sub specie incerta lucrandi aliud bonum V. G. mercatores vitam et fortunas committunt pelago sub specie incerta lucrandi divitias quanto igitur magis bonum finitum committi debet quando spes ē lucrandi bonum infinitum.

Resp. 2º N. Con. certis enim argumentis probatur existentia mercedis pro virtute et pœnarum pro vitio in altera vita

Caput Secundum

De opinione Atheorum et Politicorum circa Religionem

Athei sententiam de existentia Dei et opinionem de necessitate religionis

quae inde originem habuit nullo uti fundamento et explodendam ēē arbitrantur politici existimant opinionem de existentia et necessitate religionis merum ēē comentum excogitatum ad continendos in officio populos quos rāo leges et magistratus continere ō possent.

Propō

Temeraria ē Atheorum et Politicorum assertio affirmantem religionem ēē opus artis politicae.

Prob. ~~Si religio ēēt opus~~ Religionis institutio ē res gravissimi momenti ē eventus omnium celeberrimus q̄o ~~laudare~~ notari debuerunt ab historicis et Scriptoribus omnes ipsius circumstantiae quis ipsius fuerit autor quo tempore primum obtinuerit quis ~~q~~ fuerit modus propagāonis ejus et caetera quae ad religionis institutionem pertinent adjuncta haec enim omnia notari solent et indigitari ab historicis vel dum agitur de rebus minoris momenti V.G. de regni vel imperii vel reipublicae alicujus institutione unde sic concludo. Si religio ēēt opus artis politicae deberet assignari autor hujus ce opinionis tempus quo eadem opinio caepit obtinere modus quo fuit propagata ac per orbem universum disseminata atq.

1º ō pt assignari ipsius autor quis enim legislator primus omnes induxerit populos in persuasionem et ultum numinis prorsus ignoratur 2º. ō pt assignari tempus quo fuit instituta religio ad hoc enim necesse foret ut determinaretur aetas aut epoqua qua a ō religione ad religionem per suos principes adducti fuerint populi. atq. nihil simile pt determinari ad id quippe probandum ēēt populos illos fuisse sine ulla numinis opinione qui fuerunt absque principibus atq. illud probari ō pt

3º. ō pt assignari modus quo fuit instituta et propagata religio

ā legislator qui primus hanc invenit religionem vel ipsam idoneis probant argumentis vel ō si primum, gō religio dicenda ē naturæ opus ō artis politicæ si secundum gō dicendum ē homines libertatis suæ amantissimos ad contradicendum maxime propensos studiis moribus locis, temporibus longe discitos ultro et sponte sine probatione sine persuasione admisisse paradoxum suæ libertati et cupiditati contrarium atq. illud ē absurdum et impossibile.

Et vero. Si quis legislator primus religionis opinionem apud populos invexit vel ille sensum divinitatis et religionis habuit vel ō atq. neutrum dici pt. ā 1º. Si ō habuit quomodo illum populis ingerere potuit et illo uti ad societatis bonum. 2º. Si habuit undenam habuit ā sensus ille divinitatis ac religionis communis videtur fuisse omnibus legislatoribus siquidem legislatores consenserunt circa necessitatem religionis ad societatis bonum licet in cæteris discreparent nempe in legibus statutis moribus consuetudinibus atq. explicari ō pt unde habuerit originem hujusmodi religionis et divinitatis sensus communis omnibus legislatoribus nisi dicatur originem illam ēe ab ipsâ naturâ gō nulla pt assignari origo religionis præter ipsam naturam.

Obj. 1º. inventa ē religio ad continendos populos in officio gō religio ē opus artis politicæ

N. Antecedens. nam in re tanti momenti qualis ē religio nihil ab homine pendenti debet affirmare temere atq. commentitia et falsa est assertio eorum qui dicant religionem esse opus politicæ

Primo temeraria ē eorum assertio quia nullam legitimam probationem

hujus facti proferunt 2º falsa ē ā teste Moise scriptorum omnium antiquissimo ab ipso adamo ~~proferunt~~ religio ducit exordium Epicurus Mortalium primus juxta Lucretium ausus fuit timidos homines liberare ab importuno religionis jugo. Cicero et Plato scribunt religionem longe antiquiorem detecti ō sunt alli annales qui probent relligionem ēē institutam ab ullo principe et legislatore

Ins. Nos ipsi contendimus exitiosam ēē societati religionem quippe ea stante nulla manet proximi spes nullus poenarum timor gō ob hanc rāonem religionem admittere et improducere potuerunt politici

Dist. Con. haec rāo probat religionis veritatem C. Secus N. Cons. ā cum necessaria hominum constitutioni fuerit societas politica sint que jura illius in ipsa hominum natura fundata necessarium ē et verum quid quid ad ipsam praerequiritur atq. talis ē religio ut probat objectio gō nihil magis in natura fundatum quam religio nihil magis consentaneum rectae rāoni.

Ins. illud excogitare potuerunt principes quo nihil aptius ē ad continendos populos in officio atq. nihil aptius ē religione ad continendos populos in officio

Dist. Maj. illud excogitare potuerunt principes quo nihil aptius ē id ō detegere C. Maj. instituere N. Maj. nihil enim aptius ē ad continendos populos in officio quam ppia fundata in rerum natura atq. ejus modi ppia ō pnt institui a principibus gō principes illud instituere ō pnt quo nihil aptius ē ad continendos populos in officio.

Obj. 2º plures populi ō alias habuere religiones, quam quae fuerunt invectae a legislatoribus Numâ Solone Mahumete et aliis plurimis, atq. religiones illae sunt opus artis politicae.

Dist. Mi. religiones illae sunt opus artis politicae quatenus addiderunt

principio generali necessitatis religionis admittendae C. Mi. quatenus conveniunt in ppio generali de veritate alicujus religionis N. Mi. quaedam quidem cernuntur in mundo religiones quae sunt figmenta hominum et opus artis politicae sed religio generatim sumpta ducit originem ab ipsa met naturas quemadmodum licet leges ~~natu~~ particulares plerumque sint opus artis politicae necessitas legum in genere fundatur in ipsa natura

Ins. Si religio eet opus naturae ō artis politicae eet homini necessaria atq. religio dici ō pt homini necessaria quippe si religio foret homini necessaria vel necessaria foret in quantum homo spectatur in ordine ad deum vel in quantum spectatur in ordine ad Societatem atq. neutrum dici pt

N. Mi. et dico utrumque verum ee 1º religio necessaria ē homini in ordine ad deum quia ē medium quo tendere debet homo ad deum 2º necessaria ē homini in ordine ad Societatem sublata enim religione nulla ee pt vera Societas pax et tranquillitas

Ins. ad fovendam inter homines societatem sufficit ficta et ementita religio qo religio ō ē necessaria ad Societatem.

Resp. 1º N. Ante. ā per fictam et ementitam religionem stare ō poterit nisi ficta et ementita in Societate pax et securitas

Resp. 2º N. Con. ā si sufficit ficta et ementita religio, saltem requiritur aliqua, qd unum hic volumus

Ins. ad continendos populos in officio sufficit ficta et ementita religio qo et ad fovendam inter homines societatem

N. Ante. haec duo secum pugnant seque destruunt qd religio sit hominibus necessaria et qd religio sit aliquid falsum et commentitium hominum enim salus et felicitas civilis vita et imperiorum conservatio necessario pendere ō pnt a ppio falso

Ms. ab actu ad posse valet consecutio atq. pr falsas religiones retendi sunt populi in officio ut visum ē apud populos et nunc apud Turcas

Dist. Mi. et illud fit pr accidens et rāone veritatis adjunctae falsitati

C. Mi. et illud fit rāone falsitatis N. Mi. ppium illud ē mentibus hominum inscriptum ~~videu~~ vivendum ēe in religione et cum religione qd si abēet neque ipsae falsae religiones subsisterent neque imperia diu perdurarent ō qo fundamentum imperiorum eorumque vis et stabilitas in errore posita sunt qui nec ~~ab~~ errore indiget

Notione et sensu divinitatis et religionis usi sunt legislatores in bonum reipublicae et populos in metu in reverentia et in cultu supremi numinis magis ac magis confirmarunt sicut usi sunt desiderio et propensione populorum in vitam in libertatem in gloriam in propria commoda caritate parentum in filios et filiorum in parentes atque admodum hanc vincula quae consanguineos jungunt ~~hac~~ et propensio quae in nos et in nostra commoda ferimur ō sunt opus artis politicae sed insunt homini ab autore naturae ante ullam reipublicae constitutionem ita propensio ad religionem ipsaque religio inerat populis ante ullius societatis formationem, illam prius inter homines repererunt legislatores.

Caput ~~Secundum~~ Tertium

De Natura religionis naturalis

Agitur hic de ppiis quibus fundatur religio naturalis de mensura et

et regula quae nititur porro mensura et regula religionis naturalis ē rectarāo mensura autem ac regula rectae rāonis ē objectiva bonitas quae ē in objectis objectiva vero bonitas quae ē in objectis fundatur in discrimine essentiali inter bonum et malum morale.

Athei et quicumque omnem e medio tollunt religionem ut omnia funditus evertant religionis naturalis ppia contendunt nullum ēē discrimen inter bonum et malum morale, sed ea duntaxat differre vel ex hominum praejudiciis et opinione vel ex legislatorum et populorum institutis

In priori parte Ethicae ostendimus discrimen ēē essentiale inter bonum et malum morale unde religio fundatur in ppiis et immutabilibus

Caput Quartum

De Existentia et necessitate religionis naturalis

Religio naturalis ē cultus a creatura deo debitus et in rerum natura fundatus

Prōo

Existit et admittenda ē religio naturalis

Prob. existit et admittenda ē religio naturalis si creatura essentialiter debet deo ad orationem reverentiam, timorem fidem obedientiam amorem et animi gratitudinem atq creatura debet deo essentialiter ad orāonem si quidem divina majestas ē infinita reverentiam et timorem quia Deus ē summe potens et summe justus fidem quia ē summe verax obsequium quia habet in res dominium amorem quia ē summe bonus memorem animum quia multa

ab eo accepit beneficia

Et certe nulla ē gens a deo barbara apud quam ō extiterit aliqua religio licet nationes religionem mutaverint et modo hanc modo illam religionem exercuerint nulla tamen hactenus credidit sine religione vivendum ēē q̄o viget impressus omnium animis quidam religionis sensus atq. sensus ille religionis ē opus naturae ō factus praejudicii fieri enim ō pt ut homines omnes in aliis rebus consentiant quam in rebus fundatis in ipsa rerum natura

Et verò. Nulla major ē obligaō quam ea cujus homo necessitatem persentiscit dum ipsam transgreditur atq. dum homo transgreditur praecepta religionis tunc ipsius necessitatem remordente conscientia persentiscit quoties enim homo patravit aliqd facinus licet illud impunè patrasse supponatur utique fere semper licet invitus importunis conscientiae stimulis pungitur nec securus ēē pt ullo patrate facinore.

Obj. 1°. a superstitione et educaōne proficiscitur religio q̄o ō existit religio.

N. Ante. educaōnis enim errores per raōnem corrigi pūnt et per experientiam lapsu temporis si praesertim molesti sunt auxii et ab his cupimus liberari atq. opinio religionis ō pt ullo conatu removeri, augetur in dies et quo magis ad religionem et ad deum attenditur de utroque capite magis persuadetur homo serio attentus ō pūnt ipsi impii divinitatis et religionis sensum extinguere si quando juventutis libidinibus abrepti deum ō ēē sibi persuadent velum frangit aetas maturior et saltem instante morte religio se se conscientiae remorsibus sed infeliciter probat q̄o religio ō oritur a superstitione nec ab educaōne.

Obj. 2°. argumentum deductum a consensu populorum ō valet tunc

consensus populorum ō ē etiam unanimis quando ab aliis negatur qd ab aliis asseritur, atq. multi sunt populi qui negant religionem.

Dist. Maj. Si qui negant pro aliquo sunt reputandi C. Maj. Secus N. Maj. Porrò qui religionem inficiantur paucissimi sunt parum autem in moralibus pro nihilo reputatur

Ins. in facto religionis tam audiendi sunt qui ō eam admittunt quam qui ~~que~~ admittunt, q̄o si sunt gentes quae religionem ō agnoscant ut referunt autores ō nulli quantumvis sint barbarae tam audiendae sunt quam aliae.

Dist. Ante. audiendi sunt qui ō admittunt negative seu ignorant religionem C. Antece. qui ō admittunt positive seu qui negant et rejiciunt subdistinguo. si eam rejiciant propter rationes alicujus momenti C. Ante. Secus N. Ante. qui ō admittunt religionem propter ignorantiam ō sunt audiendi neque enim eorum ~~cupiditas~~ stupiditas pt infirmare aliorum testimonium qui rem sibi cognitam deponunt in probationibus moralibus autoritas testium tam debet attendi quam multitudo ō tam numerantur voces quam ponderantur. adeo que homines illi in numero testium ō sunt computandi cum vix ac ne vix quidem in numero hominum haberi possint et sint prorsus ignari rei de qua agitur si vero insurrexerint aliqui qui contra religionem testimonium expresse tulerint. paucissimi illi sunt et testes iniquii comparate ad gentes omnes et totum genus humanum.

Ins. tam audiendi sunt populi barbari qui religionem ō admittunt quam audiuntur barbari qui ō religionem admittunt atq. ō audiuntur barbari qui religionem admittunt

N. Maj. rāo ē quia consensus in religionem ex cognitione vera nempe

ex cognitione supremi numinis proficiscitur et in natura fundatur ō vero consensus qui ex ignorantia oritur

Obj. 3º. Sensus intimus et conscientiae Testimonium datus ō ē ut judicemus de rebus prout in se sunt sed tantum de rebus prout nobis videntur

q̄o inde concludi ō pt necessitas religionis

Dist. Cons. concludi ō pt immediate C. Cons. concludi ō pt mediatè N. Cons. per sensum intimum immediatè innotescit propensio invincibilis ad agnoscendam necessitatem alicujus religionis et rāo aperit connexionem evidentem et necessariam inter ejus modi propensionem et necessitatem religionis.

Caput Quintum
De Proprietatibus Religionis

Proprietates Religionis vero ipsius testificāonem et significāonem sufficientiam aut insufficientiam

Testificāo et significāo religionis fit cultu. cultus autem duplex internus et externus itaque dicemus 1º. de cultu interno 2º. de cultu externo 3º. de insufficientia religionis naturalis

Articulus 1us
De Cultu Interno

Dicemus 1º. de necessitate cultus interni 2º. de variis ejus partibus

Cultus internus ē ille qui ab homine deo exhibetur internus et absque sensibilibus signis

Prōo

Cultus interior ab omnibus deo debetur

Prob cultus interior consistit in amore dei in animi gratitudine ab orationem, invocāone et in morum efformāone ad normam rāonis legis que naturalis. atq.

1º. tenentur omnes deum agnoscere illud enim omnes agnoscere tenentur q̄d ē omnium ppium et finis atq. deus ē omnium ppium et finis

Et vero omnes tenentur ad cujus existentiam et perfectiones agnoscendas cuilibet indidit vim cognoscendi et suas perfectiones in suis operibus ~~quique inclamant~~ cuique declaravit atq. Deus suas perfectiones cuique declaravit et indidit vim cognoscendi praecipue ad eas perfectiones agnoscendas. vis enim cognoscendi data fuit praecipue ad illud agnoscendum qd infinite excellentius ē quolibet alio et nobis infinite utilius atq. cognitio perfectionum divinarum ē excellentior et nobis utilior quavis alia cognitione qo 1º tenentur omnes agnoscere deum

2º. tenentur omnes ~~clamare~~ amare deum omnes enim tenentur ~~ad~~ illud amare ~~qd~~ ē infinite amabilius quovis alio objecto qd que solum constituere pt veram et immutabilem hominis beatitatem atq. deus ē infinite amabilior quovis alio objecto et solus constituere pt veram et immutabilem hominis beatitatem

Et vero illud amare tenentur omnes qd facultatem amandi ea potissimum intensione concessit hominibus ut ab his ametur atq. deus ea potissimum intensione hominibus dedit facultatem amandi ut ab his ametur dedit enim facultatem amandi ~~ea~~ intensione ut convertatur ad id qd bonum ē et perfectum atq. deus ē bonus et perfectus

3º. Deo debetur ab omnibus animi gratitudo huic enim debetur ab omnibus animi gratitudo a quo omnes quid quid habent boni acceperunt atq. quid quid homines habent boni a deo acceperunt

4º. Deo ab omnibus debetur ~~ea~~ invocaõ. a ille ē ab omnibus necessario invocandus qui ē supremus humanae sortis arbiter qui universa pro nutu regit et moderatur qui pro voluntate concedit bona mala que avertit. atq. deus ē supremus humanae sortis arbiter omnia pro nutu regit et moderatur bona concedit pro voluntate, mala que avertit.

5° Deo debetur adoratio. a adoratio o ~~[illegible]~~ agnitio in nos divini juris et integra submissio mentis erga deum atq. postulat divinarum perfectionum excellentia et hominum conditio ut illud dominium jus que agnoscamus et sapientissimam ejus providentiam nos regendos permittamus go deo debetur adoratio

6° tenentur omnes mores componere ad normam rationis legis que naturalis.

tenentur omnes mores componere ad normam rationis et legis naturalis si deus illud praecipiat atq. deus praecipit ut mores componantur ad normam rationis et legis naturalis deus enim dedit nobis rationem legemque naturalem sic que statuit morum regulas atq. nisi voluisset ut mores ad earum normas efformaremur nec rationem nec legem nobis concessisset

Et vero ille vult ut mores componantur ad normam rationis et legis naturalis a quo remunerandi sunt qui eas observant et plectendi qui eas violant. atq. a Deo remunerandi sunt qui observant rationem et legem naturalem et e contra plectendi sunt qui eas violant. a apud deum in eodem pretio o sunt legem eam observantes et eam violantes.

Et certe deo rependere debent creaturae cultum si etiam in dubio an deus reipsa cultum exigat a creaturis ratio praecipiat ut ipsi rependatur atq. etiam in dubio an cultum a creaturis exigat deus ratio praecipit ut ipsi rependatur quia jus habet deus cultum exigendi.

Obj. 1° religionis officia supponunt deum habere curam actionum humanarum et irasci hominum peccatis atq. deus neque habet curam actionum humanarum nec irascitur hominum peccatis go nulla sunt religionis officia ac proinde nulla religio

N. Mi. 1° quidem deus habet curam actionum humanarum si enim deus o haberet curam actionum humanarum vel quia o posset vel quia nollet atq. neutrum dici pt. o primum a ens potens et sapiens curare pt actiones humanas atq. deus e ens summe sapiens et potens go pt curare

actiones humanas ō 2um ā ens summè justum qd aequum et sanctum ē procurat. atq. aequum et sanctum ē res humanas procurare. ā aequum et sanctum ē procurare observaōnem legis aequae et sanctae. deus autem eam ō procuraret securam actionum humanarum ō gereret siquidem per actiones illas observatur vel violatur lex naturalis quae justa ē et sancta gō deus vult curare actiones humanas. 2o deus irasci debet hominum peccatis poenas infligendo. si enim ō irasceretur deus hominum peccatis lex naturalis ēet inutilis atq. absurdum ō dicere legem naturalem ēē inutilem praesertim cum lex illa nobis fuerit a Deo impressa.

Et vero apud deum justum et sanctum eodem in pretio ō sunt boni et mali. atq. si deus ō irasceretur hominum peccatis boni et mali apud eum ēent in eodem pretio, gō deus irascitur hominum peccatis

Ins. rex potentissimus oculos arectos ō habet in formicas ut deprehendat quid agant neque offenditur motu quocumque ferantur atq. Deus multo magis ac hominibus distat quam rex a formicis gō deus ō curat quid agant homines

Ns. Con. et pari. Rāo ē qd rex ō creaverit formicas contra deus homines creavit et leges ipsi constituit, gō nulla ē paritas.

Deinde rex ille qd animum habeat angustiis et inutilibus circumscriptum praecipuarum ~~[illegible]~~ dumptaxat rerum curam habere pt deus autem nullo implicatus negotio cognoscit omnia ~~[illegible]~~ par omnibus et singulis

Demum quamvis deus magis distet ab hominibus, quam rex a formicis nihil omnino curare pt quid agant homines quia jura in homines

habet quae rex ō habet in formicas igitur pt deus in actiones hominum prospicere et si nec possit rex nec debeat formicarum actiones explorare.

Obj. 2º. Deus nullius indigens ē et se ipso plenus sibi sufficit, gō deus cultum vel officium ab homine ō exigit

N. Cons. quippe si valeret consecutio concludendum ēēt deum rebus creatis existentiam ō concessisse deus ō magis eget rerum creatarum existentia quam earumdem actionibus. atq. male argumentaretur qui negaret creaturas existere propter ea qd deus ō egeret creaturis gō a pari ō recte ratiocinantur qui negant ideo cultum ēē adhibendum quia deus cultu nostro ō indiget.

Et vero quamvis deus cultu nostro ō egeat ō pt tamen quin agnoscat a nobis multa sibi deberi. ō pt quin amet legem stam et justam virtutem diligat et vitiam detestetur atq. qd deus a nobis ō exigit ut egens illud sibi postulat adhiberi ut sanctus legum vindex, virtutis amans vitii que osor cultum exigit ut pote sibi debitum et ordini consentaneum ā ex eo qd deus ō egeat cultu nostro inde ō sequitur qd deus eum ō exigat

Obj 3º. ideo dicimus colendum ēē deum quia bona largiri mala que avertere pt. atq. preces ideo ō sunt adhibendae quia deus largiri bona mala que avertere pt. gō deus ō ē colendus

N. Mi. ā evidens ē preces adhibendas ēē ad obtinendam beneficia quae libere conceduntur atq. deus libere nobis concedit beneficia ad quae obtinenda preces adhibemus gō adhibendae sunt preces ut obtineamus beneficia mala que deprecemur.

Ins. Deus ab aeterno decrevit nobis bona largiri mala que avertere gō ad

obtinenda beneficia et mala avertenda ō sunt preces adhibendæ.

N. Cons. quippe si decreta dei supponunt preces a nobis ēē adhibendas ō ē abstinendum a precibus quia deus ab æterno bona concedere et avertere mala decrevit atq. decreta dei supponunt preces a nobis ēē adhibendas ā dei decreta supponunt res quæ lege naturali continentur gō decreta dei preces nostras supponunt adeo que preces ō sunt prætermittendæ quia Deus ab æterno concedere bona mala que avertere decrevit

Obj. 4º Si deus ex se se atque sine nostris precibus bona que necessaria sunt nobis largitur ō ē invocandus atq. deus ex se se et sine nostris precibus bona que necessaria sunt nobis largitur. si enim deus quæ necessaria nobis sunt ex parte sui id ē ex se se et sine nostris precibus ō ageretur bona vel quia ō posset vel quia vellet atq. deus pt quæ necessaria sunt bona sine nostris precibus largiri quia omnipotens et vult largiri quia summè bonus gō deus ex se se et sine nostris precibus bona quæ sunt nobis necessaria distribui.

N. esset dico bona ista nobis a Deo sine precibus ō tribui quia Deus ea ō ea vult nobis ō precantibus distribuere neque hac in re quid quam ē bonitati divinæ contrarium ō ne enim bonus ē ~~quid~~ qui ex se paratus ō nobis obsecrantibus ad largienda ea quæ sunt necessaria? ō quia bonus ē deus ideo debet obsequium nostrum respuere? imo si recte ratiocinentur adversarii ex eo qd deus bonus sit inde concludent preces adhibendas ēē quid enim fortius movere debet ad preces fundendas quam si benevolentiam ejus ~~qu~~ cui adhibendæ sunt noverimus? gō dei bonitas a precibus fundendis nos ō liberat.

Obj. 5º Deus parum curat de cultu nostro utpote finito et imperfecto

qd ō ē ipsi necessario rependendus.

N. Ante Deus enim parum ō curat de eo qd ordo postulat atq. ordo postulat ut deo rependatur a creaturis multis licet finitus et imperfectus quia ordo postulat ut creaturae suam a deo dependentiam agnoscant.

Ins. Deus parum curat de cultu ex quo nulla ipsi exurgit gloria et utilitas atq. ex nostra adoratione nulla Deo exurgit utilitas et gloria saltem essentialis

N. Maj. quamvis enim Deo nulla ex cultu nostro adveniret beatitudo de illo tamen ō pt curare quia ō ē liber circa bonum vel et malum morale et enim Deus necessario exigit qd ē essentialiter bonum et prohibet qd ē essentialiter bonum. atq. bonum ō essentialiter ~~cum~~ cum colore a quo omnia accipimus qo jubet illud necessario Deus irreligionem vero prohibet tum quia Deus ō pt alium a se finem intendit permittere tum quia irreligio et si deum ō privet bono illi tamen quantum in ipsa ē facit injuriam

Ins. ex concessis Deus nullo privaretur bono ō exigendo cultum nostrum qo pt ō exigere

Dist. Maj. nullo privaretur bono utili C. Ante honesto N. Ante itaque utile ō ē Deo exigere cultum hominis sed ipsi inhonestum valde foret si cultum illum ō exigeret. a ō exigeret qd plane conforme ē rectae rationi atq. inhonestum ē ō exigere qd ē conforme rectae rationi

Paragraphus 2us

De variis cultus interni Partibus

Prima pars cultus interni ē fiducia cum dei ditione omnia contineantur sic que propensus ad benefaciendum; cum que nos omni tempore mala multa premant multa etiam impendeant nostri officii ē ad deum confugere

ejusque implorare et si in eum peccaverimus omni studio oportet exorare ~~adorand~~ ad orandum omnes a natura ipsa edocti et summus etiam propensi que factum ē ut nulla unquam gens fuerit quae deum precibus moveri ō praedideret et in aerumnis id omnes habeant in ore ~~mi~~ mi deus bone deus porro ut deo preces gratae sint afferenda ē 1º magna mentis attentio magnum impetrandi studium magna fiducia sine quibus carerent reverentia et contumeliose potius eint. 2º rogenda sunt vera bona et ea quae palam audientibus hominibus meteropsis 2a pars cultus interni ē animi gratitudo. cum deus existentiam bona que innumera in nos contulerit infinita que ejus beneficia patrem ostendant nostri amantissimum eum oportet totis animis diligere omni que ratione impendere gratas erga deum sensus neque ideo tantum deum amabit vir bonus qd ab ejus liberalitate multa acceperit et multa speret sed ex ipsa virtutis omnis que praestantia contemplatione gratuitus in ejus animo efflorescat amor nulla suae utilitatis habita ratione 3a pars ē devotio ~~ē de~~ cum deus sit optimus simulque sapientissimus et potentissimus debemus ei nos totos tradere omnem que fortunam aequanimiter tolerare ā quia sapientissimus optime novit quid nobis conveniat quia ō optimus nostris sollicite consulit commodis et denique quia potentissimus nequeunt ēē irrita dei benigna consilia unde sequitur aequanimiter ferenda ēē quaecumque fortunae incommoda 4a puritas et sanctitas. cum deus sit ens sapientissimum et reipublicae rationalium imperator et oculatissimus judex oportet legibus divinis omni studio atque diligentia parere virtutum omnium moralium integritatis bonitatis et justitiae exercitatione deum quantum licet exprimere

cum voluntatis motus et propensiones omnes fiant exercitatione vegetiores
saepius et statis temporibus exercenda ē pietas Deum contemplando adorando
amore et fiducia complectendo ejus opem implorando nos ipsi committendo qd valebit
multum ad animos caeteris omnibus virtutibus excolendos et ad mores emen-
dandos, ad omnia vitae officia strenuè obeunda excitabit quin etiam
perfectissimum illud virtutis exemplar saepius recolendo accendetur ardentius
studium illius perfectionis imitandae.
3a et sexta partes cultus interni sunt amor et timor dei de quibus fusius
dicendum ē sic itaque

Numerus Primus
De amore Dei

Duplex amor distinguitur nempe amor caritatis et amor spei seu
concupiscentiae

Amor caritatis ē illud quo deus diligitur propter suas perfectiones absolutas
nempe propter excellentiam a quibusdam caritas definitur amor quo
diligitur tum propter suas perfectiones absolutas tum propter perfectiones
relativas. cum amatur propter perfectiones relativas amatur propter aliquid
a se indistinctum amor spei seu concupiscentiae ē ille quo deus
diligitur propter suas perfectiones qualis ē summa ejus beneficentia
hic amor dicitur amor spei quia praesupponit spem beneficiorum quae
deus promisit diligentibus se et excitatur in nobis ex consideratione
mercedis quam a deo summe bono speramus hinc sequitur ō omnem
Dei amorem caritatis nomine donari.
Caritas duplex distinguitur abitualis nempe et actualis. caritas habi-
tualis ē supernaturalis dei amor qui est in cordibus nostris simul cum

gratia infunditur dicitur habitualis quia per modum habitus seu qualitatis assimae inhaerentis permanet donec peccato gravi simul cum gratia santificante ex hominum corde pellatur. caritas actualis ē ipse supernaturalis actus amoris quo diligitur Deus propter se quaeritur 1° an omnis actio quae ō pertinet ad amorem quo Deus diligitur propter se pertineat ad vitiosam cupiditatem seu utrum detur medium caritatem inter actualem et cupiditatem actualem id ē an actio quae nec formaliter ē actus caritatis nec a caritate oritur aut ad caritatem refertur sit actus vitiosae cupiditatis aut a vitiosa cupiditate oriatur vel ad eam referatur

Quaeritur 2° an possit concipi verus amor Dei qui tamen ō sit super omnia

Prōo 1a

Repugnat verus Dei amor qui ō sit super omnia

Prob repugnat enim verus dei Amor quo Deus offendatur atq. amore quo Deus ō diligeretur super omnia, offenderetur si quidem aliquid praeponeretur

Prōo 2a

Datur medium inter caritatem actualem et actualem vitiosam cupiditatem

Prob. datur enim medium inter laudabilem caritatem et vitiosam cupiditatem si sint multi actus amoris laudabiles et optimi licet ad caritatem supernaturalem ō pertineant. atq. sunt multi actus amoris laudabiles et optimi licet ad caritatem supernaturalem ō pertineant actus amoris naturalis ad caritatem supernaturalem ō pertinent atq. multi sunt actus amoris tum Dei tum nostri tum proximi. 1°. amor Dei naturalis pt ē laudabilis et optimus. amor Dei propter bona ab eo excepta

vel accipienda ē naturalis. atq. amor ille ē laudabilis et optimus siquidem
rāo eum praecipit.
2°. amor nostri. amor enim quo nos diligimus propter naturalem invictam et
rectae rāoni conformem propensionem ē naturalis atq. tamen amor ille
ē laudabilis et optimus
3°. Amor proximi. naturalis ē amor quo patriam diligit qui pro ipsius salute
mortis periculum incurrit vel qui proximum diligit propter eximias ejus dotes
aut praeclare gesta vel qui pauperi erogat elemosinam praecise ut ei
succurrat. atq. tamen amor ille ē laudabilis et optimus q̄o multi sunt
actus amoris laudabiles et optimi licet ad caritatem ō pertineant.
Et verò si omnes actus qui ad caritatem proprie dictam ō pertinerent
ad vitiosam cupiditatem pertinerent omnes actus peccatorum et infidelium
ēent totidem peccata atq. hoc falsum ē
1°. quidem omnia peccatoris opera ō sunt totidem peccata. quis enim dixerit
hominem qui colit parentes, ~~regit~~ regi et patriae servit pauperibus elemosinam
erogat humiles ad deum effundit preces qui varia seu legis naturalis seu
legis christianae opera exercet his actibus perpetrare crimina quia ē in
statu peccati quis e contra ō eum arguat si his officiis defuerit? si hos
ac similes actus eliciendo totidem crimina committit peccator. debet eos omittere
omnes christianas leges spernere et ab earum observāone velut a peccatis
abstinere omnem de deo vel conversionis ineundae via cogitāonem exuere
praeterea peccator converti pt. atq. si omnia ipsius opera ēent totidem
peccata nunquam converti posset a quo plures eliceret actus eo plura
committeret peccata ac proinde nedum ad deum accedat magis ac magis
ab eo recederet atq. nemo converti pt nisi per bona opera
2°. omnia infidelium opera ō sunt totidem peccata a certe peccant

infideles cum legem naturalem sibi cognitam violant ut patet ex Apostoli verbis qui sine lege peccaverunt sine lege peribunt ergo bene agunt cum legem naturalem servant alioquin sive eam observando sive eam violando peccarent ac proinde necessario peccarent quod absurdum est.

Obj. 1º vel amatur Deus vel amantur creaturae item vel agimus propter deum vel propter creaturas atq. si primum adest caritas. si 2um adest cupiditas ergo nullum est medium inter laudabilem caritatem et vitiosam cupiditatem

N. Mi. 1º licet deus ametur aut agamus propter deum ob ideo semper adest caritas possumus deum amare et propter eum agere intuitu mercedis possumus eum amare propter beneficia ab eo accepta vel accipienda et propter hanc rationem deum laudare et operari atq. talis dei amor qui dicitur amor spei ob est caritas nec tamen est vitiosa cupiditas ob quidem est caritas ut fatentur omnes nec tamen est vitiosa cupiditas siquidem fundatur in dictamine rationis 2º falsum est creaturas ob posse diligi nec propter illas nos agere posse quin adsit vitiosa cupiditas datur amor tum nostri tum proximi qui est optimus dantur officia quae jubet lex naturalis et quae naturali modo ab Ethnicis possunt impleri ut par est quis dixerit Ethnicum qui commiserationem naturali erga affectus indigenti largitur elemosinam vel parentes colit ob naturalem erga ipsos pietatem agere ex motivo cupiditatis vitiosae? an vitiosa est lex naturalis quae tales actus jubet? an vitiosi sunt actus quos ipse deus per legem naturalem imperat an vitioso modo agit quicumque agit propter legem ab autore naturae inditam.

Ins. si deus posset amari sine caritate si que alius esset dei amor hic amor praecipue foret amor spei atq. ipsa ratio docet amorem dei esse vitiosum

N. Mi. qui deum amat amore spei illum amat quatenus beneficum. atq. rão docet deum ẽe sub hoc respectu maxime diligendum go ~~mel~~ nedum amorem spei respuat rão e contra illum suadet ac praecipit.

Ins. ipsa rão docet amorem spei ẽe inordinatum atq. amor inordinatus ẽ vitiosus. go ipsa rão docet amorem spei ẽe vitiosum.

Inf. Deus praecipit observāonem praeceptorum legis naturalis peccant que et puniuntur qui eam violant go deus juberet impossibilia si quicarent revelāone ō possent observare praecepta legis naturalis.

Dist. praecipit observāonem praeceptorum legis naturalis ex hipotesi qd possent cognosci et quia pūnt observando quaedam praecepta legis

naturalis pervenire ad cognitionem medii quo praecepta legis naturalis ignotescunt C. An. Secus N. An.

Ins. prob. Mi. mutato medio Deus vult omnium salutem nec deficit in necessariis unde sic in forma. medium unicum quo possent homines ~~pos~~ pervenire ad cognitionem veritatum necessariarum ē sufficiens ad officia cognoscenda atq. sic se habet rāo. multi homines carent revelāone sed qui carent revelāone ō habent aliud medium ad officia cognoscenda quam rāonem

N. Mi. quia observando rāonis dictamen possunt pervenire ad cognitionem revelāonis

Ins. Religio naturalis sufficit si rāo nos edoceat praecepta quae sunt necessario adimplenda ad obtinendum finem a Deo intentum atq. rāo sola nos edocet hujus modi officia

N. Mi.

Ins. rāo sola nos edocet primaria legis naturalis praecepta et secundaria quae ex his proxime sequuntur atq. haec sola sunt observanda ad obtinendum finem a Deo intentum

N. Mi. quia ō sufficiunt advitae institutionem rāone religionis

Ins. sola officia primaria et quae ex his sequuntur sunt adimplenda ad ~~observandum~~ le obtinendum finem a Deo intentum si quae remote sequuntur ex primariis et ignorantur ō sint observanda ad obtinendum hunc finem atq. sic se res habet.

N. Mi.

Ins. ea officia ō sunt observanda ad obtinendum finem quae possunt ignorari. atq. officia quae sequuntur ex praeceptis primariis possunt sine culpa ignorari. ō obligantur homines ad ea quae ignorant invincibiliter.

Dist. Maj. ea ō sunt observanda quae possunt sine culpa ignorari eo sensu qd homines sint immunes a peccato et poena si ea ō observent praecepta C. Maj. ut adimpleant officia N. Maj. observandum ē hanc objectionem ~~deliare~~ declare a statu quaestionis ō hic quaeritur utrum homo reus sit et divinae irae obnoxius si secundum suum dictamen imperfecte, et invincibiliter ~~sentientis~~ secutientis conscientiae suae agat potest enim Deus excusatum habere illum qui propter ignorantiam agit. lex ad perfectam vitae institutionem insufficiens pt sufficere ad innocentiam et excusationem unde necessitas observationis ō tam astruitur ad obtinendum finem ultimum ad quem sumus destinati quam ad alios usus ad quos rāo sufficere ō videtur juxta priores prōones probatas superius.

Ins. medium universale pro omnibus locis temporibus et personis dici debet absolute et perfectum atq. rāo ē ejus modi in homine ad religionem.

Dist. Mi. rāo ē medium universale in ~~homine~~ ordine ad religionem privatam C. Mi. in ordine ad religionem publicam N. Mi. esto sufficiat rāo in ordine ad religionem ab aliquo privato profitendam ad nunquam sufficiet in ordine ad instituendam aliquam societatem religionis. ad hanc requiritur ō tantum ut sit apud omnes eadem rāo sed et idem rāonis usus alioquin ō erit societas religionis tot quippe erunt religiones quot capita

Ins. natura eadem ē et sufficit omnibus q̄o idem dicendum ē de rāone

Dist. An. eadem ē et sufficit homine in ordine ad religionem privatam in ordine ad publicam Subdis. in statu naturæ innocentis C. in statu naturæ productæ et N.

Ins. medium illud ē sufficiens ex se q̄d improbat et corrigit errores et vitia ~~etiam~~ in quæ ex abusu rāonis homines incidunt. atq. rāo corrigit errores et vitia in quæ ex abusu rāonis homines incidunt.

Dist. Mi. rāo illustrata fide et revelāone C. Mi. rāo sibi relicta et N. Mi. ō enim sufficit in ordine ad religionem publicam quia impossibile ē posita hominum diversitate propensione hominum ad malum ignorantia et cupidatibus omnes homines in eundem conspirare rāonis usum ut fovere possent visibilem religionis societatem

Obj. 2º. ppium quo probatur insufficientia legis nāalis ē corruptio naturæ. atq. ppium illud contra rationalistas nihil probat ut enim probaretur corruptio naturæ humanæ deberet probari existentia peccati originalis unde fluxit ista naturæ corruptio. atq. existentia peccati originalis ō probatur adversus rationalistas.

Dist. Maj. ut probaretur a priori rāonem ēē vitiatam probari

deberet existentia peccati originalis C. ut probetur a posteriori ex Mag. probari pt a posteriori nempe per propensionem qua homines feruntur in malum et quotidianam experientiam aliquam ee absque eoqd astruatur existentia peccati originalis

Scolium

Ut Religio nãalis sufficiens ō solum requiritur ut rão sola nobis suppeditet cognitionem nostrorum officiorum sed requiritur ut rão habeat autoritatem ad promovendam officiorum cognitionem ad statuendam religionis societatem quae sit uniformis et invariabilis requiritur ut certa naturae Dei et animae nostrae cognitio habeatur divine que in homines providentiae conciliorum requiritur ut pattice cognosci et observari supponi possent officia nec tantum sufficit ut speculative cognosci possent ea officia. jam vero hominum multitudo ō pt pattice et moraliter officia observare ope rãonis hominum multitudo tot tantisque causis avocatur ab investigãone officiorum ut nulla sit spes illa proprium arte in tali inquisitione multum profutura quid sit illa potentia observandi officia quae reperitur V. G. in infantibus sibi relictis in barbaris ethicis praesertim ante adventum Christi explicent Deistae. profecto si vixissent tempore Socratis et aliorum phylosophorum celeberrimorum ō melius quam isti phylosophi veritates neglixissent ḡo moraliter et pattice ō sufficit religio naturalis.

Quaestio 2a
De Religione Supernaturali et revelata

Duo erunt hujus quaestioni capita 1o de religione supernaturali

in genere 2° de eadem in Specie

Caput 1um

De Religione Supernaturali in Genere

Quaeri pt 1° utrum sit necessaria religio revelata 2° utrum existat 3° an sit indifferens quam amplectatur homo quanto qualia possint cognosci quaenam tenenda sit 5° quae sint motiva credulitatis

Articulus 1us

De Necessitate revelaonis

Revelaõ dici pt necessaria vel in hipotesi ad finem Supernaturalem vel tantum relativè ad cognitionem et observaõnem officiorum legis naãlis. Si revelaõ consideretur in hipotesi destinaõnis ad finem supernaturalem nemo difitetur eam ee necessariam ut finis ille cognoscatur quia raõ sibi relicta õ pt nos docere nos ee destinatos ad finem supernaturalem.

Si necessitas revelaõnis consideretur in ordine ad cognitionem et observaõnem legis naturalis. consideranda ē raõ in praesenti statu qualis in hominibus existit õ solum expendendum an sit necessaria sit revelaõ sed ad quid necessaria sit an sit v. g. necessaria ad obtinendum finem ultimum nempe possessionem rei an sit necessaria ad fines proximos õ expendemus utrum ad obtinendam salutem necessaria sit revelaõ officiorum legis naturalis expendemus tantum utrum sit necessaria ad varios fines

ut habeatur officiorum cognitio certa et omnibus accommodata ut homines possint determinari et cum autoritate sufficienti ad officiorum observationem ut habeatur naturae Dei cognitio ut in nos providentiae concilia innotescant ut tandem statuatur inter homines religionis status qui sit constans visibilis et uniformis. jam vero ex praesenti quaestione revelationem 1°. statuatur religionis status quae sit visibilis constans et uniformis. 2°. ut noscantur veritates necessariae 3°. ut cognoscatur natura Dei et mentis humanae 4°. ut sit autoritas sufficiens ad promovendam officiorum exhibitionem ergo siquidem ō sufficit rāo in praesenti statu quid rāo potuerit efficere putatur sed quid in actu fecerit. sed constat eam fuisse melius efficacem ad homines dirigendos. idcircò necessariam dicimus revelationem ut potentia ad actum redacta sed redigenda cognosci et observari possit lex nāalis porro qd omnibus locis revelationis cognitione destituti porrigit sufficit ut possimus competere quid eventurum fuisset absque revelatione ergo revelatio dici pt necessaria ut de facto cognoscantur officia nostra.

Pbōō

Revelatio ē moraliter necessaria 1° ad cognoscendas omnes veritates necessarias legis nāalis 2°. ad statuendam inter homines societatem quae sit invariabilis

Prob. ā obligāo sibi renunciandi se se quodam modo odio habendi sua negligendi commoda et procalcandi commoda si voluntati adversentur sibi vim inferendi vel minimum mali desiderium praefocandi proximum se ipsum amandi injurias condonandi de inimicis bene merendi et etiam eos diligendi ō ucodo ō oferendi sed etiam ō concupiscendi bonum proximi.

prohibitio propria autoritate occidendi vim vi et injurias repellendi sunt veritates necessariae et ordinis naturalis atq. per solam revelationem per evangelii promulgationem manifestatae fuerunt istae veritates ut patet.

Et vero vel ipsa creatura eas reprobare videtur nihil naturale magis videtur quam ~~ulcisci~~ ulcisci quam inimicos odio habere in brutis instinctu naturali faciunt idem praestant infantes ante reflexionis usum. id faciunt homines et contrarium agentes contemnunt id doceretur debilitatis esse injurias condonare et animi magnitudinis ulcisci hic virtutem divitiis destitutam esse contemptu dignam ~~vitiosum~~ vitiosum esse gloriosum si sit utile. sapientis esse solis occupari bonis et sensilibus parumque de futuris curare &c. 90

Et certe illud est necessarium cujus necessitatem agnoverunt populi atq. populi semper agnoverunt necessitatem revelationis omnes confessi sunt se auxilio celesti indigere ad cognoscendas veritates necessarias unde sic loquitur Tullius Nemo magnus sine afflatu divino

Et vero id est necessarium cujus necessitatem agnoverunt legislatores atq. omnes legislatores et religionis autores agnoverunt necessitatem revelationis qui cumque autoritatem sibi conciliare voluerunt statim se doctrinam acceptam se tradere praedicarunt

Insuper illud est necessarium a quo solo omnes homines edocti sunt veritates necessarias ordinis naturalis atq. per solam revelationem edocti sunt homines veritates ordinis naturalis si quidem in solo gremio

religionis christianae nati sunt deistae qui contendunt solum lumen naturale necesse ēē ad eas veritates cognoscendas si lumen naturale sufficeret ad ejusmodi cognitionem quo modo deista revelaōne destitutus nunquam cognovisset veritates et tractatum de his veritatibus ō tradidisset gō revelaō ē moralitē necessaria in praesenti homini statu.

Obj. 1°. Si revelaō ēet necessaria vel ad cognoscenda primaria legis naturalis praecepta vel ad cognoscenda secundaria atq. neutrum dici pt ō 1um si quidem primaria legis naturalis praecepta ignotescunt sine discursu. ō secundum ut modo evincetur.

Resp. 1°. N. Maj. ad alia enim necessaria ē revelaō quam ad simplicem cognitionem officiorum legis naturalis 1°. ē necessaria ad persuasionem etiam indoctis ingenerandam de rebus religionis et ad promovendam officiorum observaōnem si quidem rāo ad neutrum praestandum autoritatem sufficientem ō habet 2°. ad stabiliendam societatem religionis quae sit uniformis et invariabilis. 3°. ad stabiliendam cultus deo grati veritatem et aperiendam viam expiandi peccati 4°. ad cognoscendam officiorum essentialium collectionem

Resp. 2°. N. Mi. Rāo enim ō sufficit in praesenti cognitionis statu ad cognoscenda vera que secundaria legis naturalis praecepta si quidem veteres phylosophi qui in rerum investigaōne operam vitam que consumpserunt in errores circa morum regulas et cultus raōnem prolapsi sunt

Mi. vel præceptorum ignorantia ē moraliter invincibilis vel ō. atq. in neutro casu necessaria ē revelāo 1º. ō ē necessaria si ignorantia præceptorum ō sit moraliter invincibilis quia rāo sufficit ad superandam ejusmodi ignorantiam 2º. ō ē necessaria ē revelāo si præceptorum secundariorum ignorantia sit invincibilis ad ea cognoscenda necessaria ō ē revelāo quorum cognitio ō ē ad salutem necessaria. atq. ad salutem necessaria ō ē cognitio præceptorum quorum ignorantia ē moraliter invincibilis. eorum præceptorum cognitio ō ē ad salutem necessaria quibus ō adimpletis habet homo unde excuseter a peccato atq. ō observatis præceptis quorum ignorantia ē moraliter invincibilis homo habet unde excuseter a peccato. ā ejusd Christianos ignorantia excusat a peccato.

A. et Mi. et Dico necessariam ēe revelāonem moraliter ad cognoscenda officia quorum ignorantia ē invincibilis ope rāonis ā ejusmodi officia sunt observanda ad morum et religionis informāonem

Ad probāonem A. Maj. Sanus ō ē unius finis ad quem necessariam Dicimus revelāonem

Mi. ad ea necessaria ō ē revelāo quæ ō tenetur observare atq. ō tenemur observare quorum ignorantia ē invincibilis.

Dist. Mi. quorum ignorantia ē invincibilis tum ope revelāonis tum ope rāonis C. Mi. ope solius rāonis A. Mi. nō ō ē unicum

medium nostra officia cognoscendi

Obj 2°. ō magis revelāo ē necessaria in præsenti statu quam in statu naturæ puræ. atq in statu naturæ puræ necessaria ō fuisset revelāo

N. Maj. major ē dificultas in observandis officiis in præsenti statu quam in statu naturæ puræ si eadem ēet utrinque dificultas utrinque necessaria foret revelāo

Obj. 3°. illud ō ē necessarium sine quo rectè vivitur quo neglecto virtus colitur. atq. sine revelāone recte vivitur.

Dist. Maj. sine quo recte vivitur relative ad officia tum naturalia tum positiva C. Maj. sine quo recte vivitur relative ad quædam officia N. Maj. porro sine revelāo recte aliquando vivitur relativè ad officia ō verò relativè ad præcepta tum 1aria tum 2aria tum naturalia tum positiva.

Obj. 4°. Si necessaria ēet revelāo hi quibus mundum illud sit revelāo et christiana religio forent in impossibilitate legem naturalem quæ dei cultum præcipit implendi. atq. hoc conciliari ō pt cum providentia et dei voluntate salutis hominum gō rāo nāalis sufficit ad dei cultum dignoscendum.

Dis. Maj. forent in impossibilitate adimplendi legem nāalem quoad præcepta secundaria C. Maj. quoad primaria præcepta N. Maj.

Obj. 5°. Revelāo ō ē necessaria ad eam legem adimplendam quæ revocatur ad ppia rāone cognitu facilia atq. lex naturalis revocatur

~~ad tr~~ ad tria ppia cognitu facilia nempe ad amorem sui et proximi.

Dist. Maj. Si intuitive cum ipsis ppiis apprehendantur haec officia C. Maj. Si evolvenda sint per argumentationem et per difficilem quandoque seriem N. Maj. porro fons officiorum nostrorum ē amor dei nostri et proximi sed ō idcircò haec officia facile deteguntur ut constans seculorum docet experientia o quam difficilis ē ignorantibus veritas. et quam facilis scientibus ait Lactantius libro 2° capite 5°. facile admittuntur veritates nāales statim atque ab aliqua causa exhibentur verum haec nāalis approbāo ō ē argumentum eas veritates posse inveniri sine ope externa

Scolium

Duplex impossibilitas distinguitur nempe moralis et metaphysica impossibilitas moralis fundatur in hominum moribus et usibus consistit que in dificultate quae tanta ē ut nulla spes affulgeat eam superanti.

Impossibilitas metaphysica fundatur in rerum essentia impossibilitas absoluta varios sensus suscipit aliquando significat impossibilitatem in hipotesi possibili. aliquando significat impossibilitatem tantum relative ad rerum ordinem. priori sensu dici ō pt cognitionem officiorum legis nāalis ō posse obtineri ope rāonis sunt hipoteses possibiles seu ō repugnantes et sibi

contradicentes in quibus rāo sufficeret ad officia legis nāalis ad hujus modi praeceptorum cognitio ad hanc superet actualem aciem ~~spiritus~~ creati intellectus. nemo definire pt. à pt ēe major vel minor pro voluntate Dei nec simus quousque sese evolvendo et explicando unde ignoramus an praeceptorum inventio superet facultatem intellectus idcirco ō asserimus impossibile ēe detegere officia legis nāalis ope rāonis si vox absolutè stricte ut definita ē accipiatur si per absolutam impossibilitatem intelligatur difficultas ut nulla spes fulgeat eam ēe superandam ē impossibile ut ope rāonis detegantur praecepta legis nāalis praesertim ab agrestibus et rusticis ex his quae facta sunt judicet aequus rerum aestimator cui factum fuisset et quid fuerit si nulla facta fuisset a Deo hominibus revelāo hic ō tam disputatur quid rāo potuerit quam quid in facto egerit. atq. experientia constat qd rāo ō docuerit homines per duo annorum millia et amplius plera que officia legis nāalis

Impossibilitas moralis varios gradus suscipit minor ē in litteratis et peritis quam apud agrestes in quibus haec impossibilitas ē aliquando in summo gradu et aequivalenti impossibilitati absolutae

Scolium 2um

Sequentibus argumentis confirmari pt necessitas revelāonis

1°. rāo se habet in ordine ad cognitionem et observāonem officiorum sicut se habet in societate civili relativè ad cognitionem

officiorum atq. rão in societate civili ō sufficit ad cognitionem et observāonem officiorum ā hominum multitudo tot tantis que causis avocatur ab investigāone officiorum ut nulla sit spes eam in tali inquisitione multum profuturam quid sit ea potentia cognoscendi officia in barbaris explicent Deistæ profecto nunquam explicabunt ḡo dici pt ēe impossibile saltem pratice ut hominum multitudo sua cognoscat et observet officia sola rāone duce

2º illud necessarium fuit quo denegato præsentissimum imminebat religionis conservāoni periculum et exitium atq. denegata ~~revela~~ revelāone superadita lumini ~~naali~~ nāali ā ex assertione 2ª insufficiens erat quæ existit in hominibus nāalis rão ad dignoscenda plera que &c. atq. ex eā ignorāone plerorum que religionis nāalis 2ariorum ppiorum præsens impendisset periculum ā quæ et nemo ō intelligit contradictiones et errores circa secundaria plera que religionis nāalis officia inferebant ut brevi vacillarent et labefactarentur et in dubium revocarentur fundamenta religionis præsertim cum tanta sit hominum proclivitas ad religionem adhauriendam et illius jugum quibus cumque de causis pr fas et nefas excutiendum

hujus scotii probāo experientia confirmatur ā superstitio quæ animos omnium pervaserat quo tempore vulgari christiana fides incepit, demonstrat quantum periculi divino cultui

impendebat ex insufficientia rationis ad dignoscenda secundaria religionis naturalis officia.

Obj. 6°. Si propter insufficientiam luminis naturalis necessarium fuisse dicamus ut ipsi adveretur revelatio jam sequeretur eam prius concedi hominibus debuisse quam concessa est a plusquam duorum annorum millibus ante evangelii praedicationem in his dem versabatur erroribus hominum genus quando diffundi per orbem coepit christi religio

Ex. Sequelam Ante. a diximus necessarium fuisse revelationem cum ex denegata revelatione impendisset religioni naturali periculum propter pravitatem errorum progressus unde quaque facientium cujus periculi aestimatio judicium que penes dei ~~providentiam~~ providentiam stetit quae ob aberravit illud ponderando et proinde necessariam ob sequitur fuisse revelationem ante tempus quo concessa quamvis necessaria merito dicatur in temporum articulis quibus eam concessit deus Ceterum per certum temporis intervallum propter convenientissimas rationes revelationem deus distulit V. G. ut demonstraret inquit Sanctus Thomas hominibus ipsis quam parum sibi ad cognitionem et praxim virtutis assiduam sufficiunt nisi speciali divinitus auxilio adjuventur.

Insuper inservire debebat humani generis inter errores et opinionum monstra prolapsio ad faciliorem revelationis susceptionem a quilibet sanus conferens praecepta legis evangelicae ejus

que dogmata cum aliarum religionum figmentis ō potuit ō ma
vero ad abjiciendam gentilitatis superstitionem christianamque
religionem praeferendam gō &c.

Corollarii

Articulus 2us

De Existentia Revelationis

Prōo

Certa ē revelationis existentia

Prob. 1º quia necessaria ē revelatio atq. Deus ō deficit in necessariis
gō Deus revelationem concessit. 2º quia omnes populi admittunt
religionem revelatam et a mundi exordio agnoverunt. 3º quia
apud omnes populos idem dies hebdomadis specialiter consecratur
ad rependendum cultum Deo debitum. atq. Sola revelatio pt
efficere ut idem dies hebdomadis specialiter consecratur ad
rependendum Deo cultum debitum. ē ratio ō docet hunc
cultum ē potius rependendum una die quam altera

Articulus 3us

De religionum indifferentia

Tanta fulgent evidentiae luce rationes quibus divini cultus
necessitas demonstratur ut quamquam jam in praeceptis steb

audacia mundum tamen nisi fere pojectissimi hominum visi sunt qui cultum negaverint praestandum ee divinitati sed in solutiorem pona licentia et a vere religionis officiis aversissima impietas novum opinionis portentum excogitavit quo firmato liberrimam quisque arbitrio suo vivendi potestatem consequatur in eo positum ē istud opinionis genus: nimirum licere unicuique ut qui libuerit adhaereat religioni ex amore dei et spe in ipsum totam contineri religionem et pari referre quasdam caetero quin doctrinas de divinitate complectatur quibus ve signis et exercitiis corporeis divinum amorem prodamus hinc tanquam indifferenter formulas traducunt omnes variarum religionum praeceptiones ac pro loco et tempore eorum quibus cum vivitur consuetudini religionem accomodandam sensent suam exlegem illum et ~~adorem~~ adhuc mem tolerandum ab qui minimum haec aetate invaluit quam romae catolicus genevae Calvinianus constantinopoli Mahumetani alius aliti divini que discrepant

Prōo

omnium Religionum Indifferentia admitti nequit

Prob. si ō sit indifferens et liberum cuique ut quam libuerit de deo fidem opinionem que habeat et certa fide supposita liberum ō sit ut quosque ritus religionum sequatur profecto admitti ō pt religionum indifferentia atq. indifferens et liberum cuique ō ē ut quam

idque indictis momentis conficitur scilicet 1º ea tenus indifferens eet quam libet de Deo fidem opinionemque suscipere quatenus permittere potuisset Deus ut falsè et vere indiscriminatim opiniones de se ipso susciperentur atq. permittere homines ō potuit ut &c. qd cum Deus sit veritas ipsi displicet quidquid veritati praesertim attributorum suorum integritati contradicit gō &c.

Et verò ex dictis supra neminem pt Deus immunem facere ab observaone ppiorum legis naalis atq. unum ē ex palmaribus illis ppiis ut veritati praesertim in rebus magni momenti ō adversemur gō &c.

2º. Si liberum eet &c. satius foret affectare ignorantiam de pluribus Dei attributis quam eorum cognitionem persequi siquidem his cognitis plura impendent religionis officia sicque frequentius datur occasio

Quocirca prudentis eet ab animo ~~repellere~~ repellere divinorum attributorum cogitaonem et oblivioni danda forent quae de Deo ignotescunt atq. haec insana sunt et absurda quis enim eousque desipiat ut nolis dolendum ee poterit qd perfectius Deum noverimus quis commodum nostrum colloret in majori ignoraone attributorum divinitatis ō de hoc evidenter pugnat cum fine propter quem raonis facultate ornati sumus

3°. illa sentiendi libertas rejicienda ē qua posita diu stare ō
pt religio, sed aperta datur atheismo porta. atq. posita libertate
quas libuerit de deo opiniones amplectendi ā inde sequetur ut
his certi de divinitate credatur, sed contradictoria et absurda
divinitati affingantur sed opposito brevi et facile in atheismum
incidatur ā homo quilibet sani judicii statim intelligit melius ēē
Deum ō credere quam ipsi contradictorias vesanas que proprie-
tates affingere, nec magis culpabilem se arbitrabitur deum
negando quam ejus nāam falsis opinionibus adulterando
et cum posterius unicuique liberum fiat prius ēē quoque lici-
tum et innoxium merito concludet. hanc in rem faciunt
quae diximus expendendo an majorem inferat divinitati atheis-
mus quam politeismus injuriam

4°. ea sentiendi libertas agnoscenda ō ē quam omnes populi
qui religionem coluerunt procul rejecere quamvis maxime
unius cujusque commodo et societatum tranquillitati prodēē
videatur atq. libertatem sentiendi de Deo ad libitum procul reje-
cere &c. id constat de omnibus fere populis qui nunc orbem
incolunt. quorum religiones ut loquuntur impii sunt intolerantes
id etiam certum ē de majori parte veterum populorum tum ex
historicis profanis tum ex historia ecclesiastica in qua memorantur
supplicia christianis imposita eo q̄d habitis regionum suarum

religionibus refragarentur.

Jam vero probatur 2º certa fide et opinione de Deo supposita liberum cuique ō ēē ut quosque religionum ritus sequatur. ā oportet mendacem ō ēē externam religionis professionem sed relativa ad attributa Dei credita atq. si etiam supposita certa fide et opinione de Deo quisque post vellet religionem ritus sequeretur jam mendax fieret ut plurimum externa religionis professio nec relativa ēēt ad &c. ut patet gō &c.

Et verò quisquis agit exterius aliter quam sentit interius contra conscientiam operatur et jura veritatis prodit atq. liberum ō ē hominibus et licitum contra conscientiam agere &c. praeter quam qd ille qui fungitur religionis quam falsam judicat officiis exemplo suo scandalum praebet aliis et aliquatenus suffragiorum suorum autoritate alios in errore confirmat qd nefas ē

Ad haec accedit novum istud peremptorium que momentum videlicet homines teneri ad tutiorem partem in rebus gravis negotii sequendam porro tutius ē diligenter inquirere religionem quae solidioribus viribus innitatur fundamentis quae sit et ei adhaerere quam ad ea inquisitione supersedere otiosum ā si vera dicant tolerantissimi defensores nullum periculum subibunt qui puriorem veriorem que religionem conquisiverint contra autem si falsa dicunt magnum periculum incurrent quicumque veriorem disquirere

neglexerint religionem ḡo &c.

Obj. 1º Satis ē amari Deum ut ab ipso nullum timeri supplicium possit sed potius mercedem sperare liceat. Deus diligentes se diligit ḡo cum nulla sit religio quae amorem Dei ō contineat et imperet nulla ē quae tuta ō sit proinde religio quaevis ē indifferens ita ratiocinatur Leibnicius. in Epistolis ad DD. Pelisson.

N. Ante. ā falsum supponens in ppiis adversariorum nempe eante in hoc argumento supponitur amorem Dei existere prope sine studio inquirendi quisdam melior sit Dei cultus quaedam de divinitate opiniones suscipiendae atq. falsum ē sine dubio ejus modi stare posse veram Dei amorem tum quia quisquis vere in eum diligit hoc ipso exoptare debet ~~veram~~ vera de Deo sentire ut eum plenius et perfectius colat tum quia repugnat praecepto nāali et divino quo jubemur tutiorem partem sequi in rebus magni momenti ḡo &c.

Obj. 2º Si nulla sit religio cui nos Deus velit adhaerere potius quam alteri admittenda ē religionum indifferentia atq. &c. ā ō vult Deus ut Doctiali religioni adhaereant quam simplices et illiterati atq. ō vult simplices et illiteratos uni potius adhaerere religioni quam alteri siquidem impossibile ē ut in ea dissentione in qua semper constituti fuerunt homines circa religionem ~~dissertant~~ discernant illiterati quaenam sit verior et omnium optima. Et certe num arbitros se se ferent illiterati inter tot adversarios multo peritiores de religionibus contendentes?

N. Mi. primi Syllogismi. vult enim Deus ut ipsi cultum rependamus qui sit ipso dignus ~~et~~ vel proinde superstitiosus et ~~cum mentis~~ commentis a fabulis refertur. Sed nisi unus quidam peculiaris cultus adhibeatur jam praestabuntur cultus superstitiosi ac &c. veritas quippe ex una tantum peculiari parte stare pt ō simul ex contrariis et oppositis

Ad probaōnem N. Mi ā vult Deus ut simplices et illiterati mensurâ rāōnis quam acceperunt utantur ad officia sua erga Deum investiganda, et falso dicitur ab adversariis eos ō posse quaenam verior sit religio dignoscere. ā si ō nullos excipiamus qui propter imbecillitatem ingenii versari videntur in ignorantia invincibili et quorum in praesenti negotio ō ~~paucior~~ potior habenda ē rāo quam infantium et amentium saltem maxima pars simplicium et illiteratorum pt attentione data ad verae religionis actionem pervenire

Etenim aut rex agitur ante Christianae religionis praedicationem aut post illius diffusionem promulgaōnem que. atq. in utroque casu potuit maxima pars simplicium et illiteratorum ā tunc temporis tenebantur homines duntaxat ad observaōnem legis nāalis et ad cognitionem primariorum legis nāalis ppiorum quae consistunt in amore, timore et adoraōne Dei atque fiducia in ipsum sed manifestum ē et modo demonstrabitur suffecisse rāōnis lumen etiam in simplicibus et illiteratis. ad haec

Similia que comperienda gō &c. 2° post promulgaōnem pt etiam maxima pars simplicium et illiteratorum adverò id ē christianæ religionis agnitionem pervenire. ā quæ ō minus pares sunt ad veritatem comprehendenda factorum quibus christiana religio nititur quam adversaria quæ ab ipsis creduntur facta cognoscenda. agnitis autem factis quibus religio christiana nititur facile ē ipsis detegere in stupendis illis et ad eundem finem concurrentibus prodigiis divinam operaōnem et directionem illius divinæ operaōnis in gratiam et commodum religionis nostræ unde certo concludant eam ē divinam et amplectendam gō &c. neque vim faciant adversarii in tenuitate ingenii quæ deprehendi videtur in illiteratis rusticis que hominibus ā inquit DD. Moligner sermone undecimo contra nostræ ætatis impios ō adeo hebetes et obtusi apparent homines illi cum de negotiis eorum temporalibus etiam intricatis controvertitur. acutè enim et diligentè rem suam exponunt Causidicis aut si quid ipsos fugiat de eo frequenter et sollicitè peritos interrogant ut erudiantur. ō gō culpæ sunt immunes neque destituti medio veræ religionis dignoscendæ censendi sunt si forte minus gnari circa religionis officia et dogmata existant gō &c.

Scholium

Quæ hactenus dicta sunt ad impugnandam religionum indifferentiam protulimus abstractione facta ppiorum fidei christianæ

quae docet nullam ēē extra veræ ecclesiæ gremium spem salutis

Articulus 4us

De via inveniendæ veræ religionis

Duplici via homo procedere pt in inquisitione religionis nempe via examinis et via autoritatis quæritur utram adhibere debeat an rerum et dogmatum prævio examine et discussione se se determinare debeat ad hanc potius quam aliam religionem amplectendam an motivorum pondere duci debeat

Prōo 1.a

homo in inquisitione religionis ō duci debet via et examine autoritatis

Prob. a homo via examinis et discussionis rerum duci ō debet in illius inquisitione qd multa continet aut saltem continere pt supra rāonis captum posita atq. religio continet multa supra rāonis humanæ captum posita nempe mysteria

Et vero religio pro omnibus fuit instituta unde sic concludo ea via duci ō debet homo cujus incapax ē maxima pars hominum atq. maxima pars hominum ~~illius~~ exemplis omnium dogmatum religionis ē incapax populus enim qui constituit hominum maximam partem ē incapax illius examinis ad qd perficiendum

nec satis luminis nec satis temporis habet atq. populus ō satis habet ingenii ad perficiendum examen dogmatum religionis nec satis temporis tum propter vitae occupationes necessarias tum propter brevitatem vitae sive propter alias causas

Proō 2a

In inquisitione religionis verae duci debet homo via et examine autoritatis.

Prob. ā in inquisitione religionis homo duci debet ea via quae ē necessaria et omnium captui accomodata atq. examen autoritatis ē 1o. via necessaria. ā ut homo prudenter amplectatur religionem debet illi constare de autoritate qua ad illam amplectendam movetur. atq. sine praevio illius autoritatis examine de ea ō pt illi constare nec sciet cui credat an Deo an homini an autoritati fallibili an infallibili praeterea via discussionis dogmatum ē impossibilis maximae hominum parti ḡo examen autoritatis ē via necessaria in inquisitione veritatis. 2o. ē via omnium captui accomodata ea via ē omnium captui accomodata in inquisitione religionis per quam simplex et plebeius sine ullis ambagibus et disputationibus certus ē de vera religione brevem que habet methodum omnes falsas religiones explodendi. atq. in habetur per examen autoritatis. ā per examen autoritatis constat talem religionem ēe a Deo revelatam id que

cognosci pt a simplicibus et illiteratis considerando facta in quibus nititur revelationis existentia atq. eo ipso quo constat talem religionem ee revelatam constat talem religionem ee veram et falsas omnes alias go in inquisitione veræ religionis homo duci debet via et examine autoritatis seu examinare debet in quo fundetur religio unde suam existentiam habeat an a Deo an a creaturis

Obj tam debet removeri examen autoritatis quam rerum in inquisitione religionis atq. debet præmoveri examen rerum

N. Maj. fatentibus omnibus sciendum e utrum religio quam colit et doctrina quam credit sit a Deo. atq. hoc o pt scire nisi per examen autoritatis in qua fundatur go &c. ~~ea quia~~

Ins ea quia debet rejici quæ ~~tam~~ iisdem laborat incommodis ac via examinis rerum atq. examen autoritatis idem laborat incommodis ac examen rerum siquidem in hoc uno fallantur omnes falsarum religionum Ductores.

N. Mi. qui enim suscipit viam examinis tenetur religionum omnia capita et articulos expendere aut saltem veræ religionis dogmata discutere probationes objectiones et responsiones comparare quis autem temporis virium et ingenii satis habet ut illud præstet in rebus quæ sunt aptissimæ et humanum captum longe superant? at vero qui secundam in id viam

unum tantum punctum habet expendendum nempe autoritatem illius a quo fluit religio utrum sit divina nec ne ubi semel de hoc constiterit absque ulteriori examine recipienda ē religio si deum habeat autorem rejicienda si ō habeat gō via illa brevior ē quam rerum discussio

Ins. via ea ~~his dem~~ iisdem laborat incommodis cujus capax ō ē lex indocta. atq. &c.

N. Mi. qui capax enim ē examinis dificilioris quam autoritatis in qua fundatur religio capax ē examinis hujus autoritatis atq. lex indocta capax ē examinis dificilioris quam examinis autoritatis in qua fundatur religio nempe jurium cum de praemiis et dominiis lis movetur. vix inter ineptissimos reperias qui imperii ō possidet, jura et causas ō cognoscat aut ō possit nosse si aliquid acquirat possint gō iidem si verae religionis cognoscendae ēent sollicitē nosse fundamenta illius et jura et scire ex qua parte stet autoritas.

Ins. incapax ē rusticus examinis religionum atq. ō pt conficere examen autoritatis in qua fundatur religio quin examen conficiat religionum siquidem nulla ē quae deum sui autorem praedicet

N. Mi. Sufficit enim ut vere adversam autoritatem

ergo ō requiritur ut singulas examinet

Ins. Homo ō pt inire examen religionis quin comparet autoritates variarum religionum atq. ea collatio superat vires plebei à collatio ~~ea~~ illa fit per examen librorum vel per discussionem factorum vel per testimonia professorum prima et secundaria ē impossibilis tertia convenit veræ et falsæ religioni siquidem paganus Judæus Mahumetanus perinde ac christianus jactitat miracula et oracula.

N. Mi. vel enim agitur de ~~illiteratis~~ his antiquis qui extiterunt tempore quo religio vulgata fuit et patrata sunt miracula vel agitur de posteris atq. 1º impediti priores qui nempe fuerunt testes miraculorum vel posteri facile dignoscere potuerunt legitimam autoritatem religionis à scire potuerunt utrum miracula patrata in favorem religionis ēent certa utrum faverent religioni quæ nihil obscœnitatis redoleret utrum hæc miracula impugnarentur ab aliis miraculis si hæc miracula ō impugnarentur aliis miraculis et si fierent in gratiam religionis quæ nihil obscœnitatis redoleret signum erat miracula ac proinde divinam ēe religionem illis innixam 2º posteri licet impediti facile cognoscere pūnt utrum

divinis miraculis innitatur religio. ā scire p̄unt utrum hæc miracula ab omnibus utriusque partis admittantur ḡo imperiti sine labore summo scire p̄unt quibus fundamentis innitatur religio

ad probāonem N. Maj. illa collāo autoritatum fit per examen factorum publicorum facta de quibus agitur adeo sunt manifesta constitua et publica ut nemo possit errare circa ea nisi volens quemadmodum profuisse Cæsarem aut Ciceronem et similia scire in Europâ facile ē modus quo Christus suam religionem Mahumetes suam Ethnicus suam propagavit. manifestus ē sic ut illud facilius ē et a peritioribus inquiri p̄t ḡo simplices et illiterati sine summo labore quænam religio divinis innitatur fundamentis

Articulus Quintus
De Notis sive Caracteribus Revelāonis seu motivis credibilitatis

Per motiva credibilitatis intelliguntur argumenta moralia quibus demonstratur existentia revelāonis divinæ vocatur motiva credibilitatis quia misteriorum notitiam ō ingenerant sed credibilia et digna quæ revera credantur ostendunt hoc testimonium dei infallibilis essentialiter

Dicemus 1°. de motivis credibilitatis in genere 2°. de motivis credibilitatis in Specie

Paragraphus 1ᵘˢ
De Motivis credibilitatis in genere

Thesis 1ª

Ad amplectendam religionem Supernaalem necessaria sunt motiva credibilitatis

Prob. ea motiva sunt necessaria ad amplectendam religionem Supernaalem Sine quibus temerè et levitèr se se gererent homines in amplectenda religione Supernaali atq. Sine motivis credibilitatis levitèr se se gererent homines in amplectenda religione Supernaali adhor Satis ē ut homines in eligenda religione Supernaali Duci debeant via autoritatis alicujus Sensibilis et externa posita in motivis credibilitatis. atq. via ordinaria qua Deus solet homines ad religionem adducere ē via autoritatis alicujus externa et Sensibilis ea que autoritas posita ē in motivis credibilitatis V. G. in miraculis et prophetiis Dei

Cum religio Supernaalis ō ratione Sed revelatione innotescat egredit ut infidelis qui eam amplectitur certus sit antea de revelatione Dei. atq. Sine. extrinsecis motivis credibilitatis Ethnicus ō ſt ee

certus de revelatione in gratiam revelationis voluntates Dei ō nisi Signis Sensibilibus manifestari communiter possunt maximae hominum parti.

Obj. 1º electio religionis Supernaturalis ē opus gratiae ō phylosophiae et ratiocinii gō ad eam amplectendam ō Sunt necessaria motiva credibilitatis

N. Con. licet principium internum quo homo movetur ad amplectendam veram religionem Supernaturalem Sit gratia interior attamen requiritur auctoritas aliqua ut motivum extrinsecum quo certus sit qui religionem amplectitur se ō Suo Sed Dei Spiritu Duci in eo delectu atq. de eo certus ō fit aliquis juxta viam communem et ordinariam nisi per motiva credibilitatis neque enim de his loquimur quos Deus modo insolito et extra cursum providentiae consuetum quando que ad fidem convertit.

Obj. 2º. Si motiva credibilitatis ēent necessaria ad finem amplectendum vel doctis vel indoctis atq. neutrum dici pt

N. Mi. ut quis enim prudenter Se gerat in electione religionis Scire debet utrum Deus reipsa locutus fuerit et manifestaverit suas voluntates hominibus atq. communiter id nemo Scire pt Sine motivis credibilitatis.

Ins. Ea motiva ō Sunt necessaria in electione Religionis

quae tollunt omnem locum in Doctis et quorum vim ō capiunt imperiti atq. vim motivorum credibilitatis ō ~~cor~~ capiunt imperiti ea que motiva tollunt omnem merito dubio locum in doctis qd enim reddit evidentem Religionem tollit omnem merito locum assensus enim rei evidenti ō pt ēē meritorius.

N. Mi. quoad utramque partem Rusticus enim et indoctus cum ipsi proponuntur motiva credibilitatis eorum habet cognitionem suae tenuitati accomodatam et sufficientem ut prudenter judicare possit religionem illis innixam dignam ēē quae hic et nunc quaeratur et ēē a Deo profectam

Motiva credibilitatis ō tollunt merito locum in Doctis, quia ō reddunt religionem immediate evidentem sed tantum mediante ratiocinio ex illis deducto

Prōō 2a

illa motiva credibilitatis debent 1° ēē sensibilia et captui accomodata. 2°. certa 3°. religioni hujus fides exigitur ita propria et specialia ut conjunctim sumpta nulli alteri conveniant. 4° superiora motivis credibilitatis quae habent aut habere se jactitant aliae religiones

Prob. 1a pars religio instituta ē pro hominibus ō pro doctis tantum sed etiam pro indoctis ḡo via quae ducit ad religionem debet ēē

Sensibilis et omnium captui accomodata go &c.

Prob. 2a pars ut enim aliquis amplectatur religionem revelatam debet prius ee certus de ipsa revelaone et de religionis divinitate atq. o pt de his certus ee, nisi motiva credibilitatis incerta

Et verò motiva credibilitatis debent ee certa si motiva credibilia et incerta o sufficiant ut aliquis credat prudenter religionem dignam ee cui adhibeatur fides divina ipsi que immobiliter et ab eo profecte adhaereant homines atq. motiva incerta et probabilia o sufficiant ut aliquis prudenter existimet religionem christianam dignam ee quae credatur fide divina eam que immobiliter amplectatur homo et ab eo profectam siquidem cum illis motivis probabilius tantum et incertis stare pt prudens dubitao utrum a Deo profecta sit go &c.

Prob. 3a pars haec motiva debent hominem certo ducere ad veram religionem atq. nisi conjunctim sumpta conveniant soli verae religioni o pnt ad eam certo ducere go &c.

Prob. 4a pars religio enim quae omnes alias abrogat debet habere motiva credibilitatis majora et pae se ferre insigniores divinitatis caracteres atq. talis e religio christiana.

Praeterea Religio aliis dignior et quae pepenit difficiliora ad credendum et videndum habet opus motivis superioribus ut

adiuvitatem atq. talis ē christiana religio qō &c.

Paragraphus Secundus

De Motivis credibilitatis in Specie

Duo Sunt potissimum ~~credibilitatis~~ credibilitatis motiva nempe miracula et prophetiae

Numerus Primus

De Miraculis

Quaecumque dicenda de Miraculis et de Reliquis Ethicae partibus de Supererant propter temporis brevitatem omisimus.

BIBLIOTHÈQUE DE L'UNIVERSITÉ DE FRANCE



